



1. Antonij s. Pauli s. diff. de
Omoesymia Fidelium, Hald
1712.
2. Buddei s. ioh. frano. s. diff. sistens
Antiquitatem Baptismi Iusti-
tioris Israelitatum vindicatam
contra adscribentes ipsi Originem
Christianam, jenæ, 1710.
3. Defensio Doctrinæ
orthodoxæ de omnibus concordan-
da Scriptura Sacra Lectione
Occidente Bulle Anticæ Quænællia-
ne, jenæ, 1715.

DISSE^{רָתָה} THEOLOGICA
CHRISTOLOGIAM
JSAIANAM TORCU-
LARIAM

EX JSA. LXIII, I.--6. PORISMATICE EDUCTAM SISTENS

QVAM
 BENEVOLO MAGNIFICI THEOLOGORUM ORDINIS CONSENSU
 IN ILLUSTRI ACADEMIA ROSTOCHIENSI

*MODERATOR*E

RECTORE ACADEMÆ MAGNIFICO
 VIRO MAXIME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO,
 AC AMPLISSIMO,

DN. JOANNE FECHTIO,

S. S. THEOL. DOCT. EJUSDEMQUE PROF. PUBL. ORD.
 LONGE CELEBERRIMO, CONSISTOR. DUCAL. MEKELBURG.
 ASSESSORE GRAVISSIMO, ET DISTRICTUS ROSTOCH.

SUPERINTENDENTE VIGILANTISSIMO,

PRAECEPTORE, PATRONO, PROMOTORE, AC IN CHRISTO
 PATRE SUO OMNI FILIALI CULTU QVAM SUB-
 MISSISSIME DEVENERANDO,

ET PRAESENTE

M. ZACHARIA GRATIO,
 ROSTOCHIENSI, SS. THEOL. BACCALAUREO,

RESPONDENS

JO. JOACH. REUSS,
 SEEHAUS. PALÆO-MARCH.

AD D. OCTOBR. A. O. R. IN AUDIT. THEOL. MAJ. HORIS CONSV.
 PUBLICE DEFENDET.

ROSTOCHII, NUNC RECUSA, 1719.

GENESIAS
GENESIAS
GENESIAS

DU JOVINS THEROTIO
DU JOVINS THEROTIO
DU JOVINS THEROTIO

M. XACHARIAE
M. XACHARIAE
M. XACHARIAE

זְכָרֹה לַיְלָה לְטוּבָתִי
חֲקָרְמָתִי :



Etulerunt olim nonnulli inter insulas Indiae unam esse sub linea æquinoctiali sitam, in qua absque matre aut patre nascuntur homines, & in ea arborem esse, que fructus loco feminas producit, easque esse, quas vocat *Almajudi* pueras *Wakwakjenses*. Est enim eam insulam ex omnibus terræ plagiæ aëris maxime temperati, & perfectissimi, ita ipsam disponente huminis supremi quod super ipsam oritur, influxum. Quia de re disputans videri poterit *Abi Jaafar Ebn Tophail*, scriptor Arabicus, in *Philosopho Autodidacto*, s. Epist. de *Hai Ebn Yokdhan*, in qua ostenditur, quomodo ex inferiorum contemplatione ad superiorum notitiam Ratio humana ascendere possit, quam ex Arabicâ Lingua in Latinam versam edidit *Eduardus Pocockius Oxoniensis A. 1671.* pag. 26. sqq. Quia sententia etiam affingitur *Avicenna*, cui hac ex parte dicam impingit *Averroes*, tam ad *Phys. I. 8.* quam ad *I. 2. Metaph.* Quemadmodum & *R. Gerson* testatur, scripsisse *Avicennam*, non esse impossibile, ut in terra formerit ira comparata materia ut hominis forme recipienda idonea sit. vid. *Eduard. Pocock. in prefat. ad lector. modo citata Ep. Arab. præmiss.* Imo & illum *Hai Ebn Yokdhan* ex eorum numero fuisse, qui in ista regione sine matre, aut patre nati fuerunt, idem ille *Abi Jaafar Ebn Tophail*, l. c. p. 31. ex nonnullorum assertione refert. Quæ quam vera sint ipsa sana ratio facile judicabit, nec vera ac genuina Historia tales nobis sister homines, qui contra naturalem illum Ordinem fuerint prognati, quem ipse Deus primitus instituit, quo voluit, ut vi benedictionis sua *Gen. I. 28.* omnes omnino homines naturaliter propagarentur e suis Parentibus. Quod autem in Regno Naturæ adeo impossibile viderit, non tamen statim etiam in Regno Gratiae adeo impossibile est. Habemus hic quandam, qui absque Patre est, & quoque absque Matre. Est is dulcissimus illus *Generis Humani Redemptor*, Vir ille *Dominus Homo*, qui ut Deus nullam habuit Matrem, ut Homo nullum Patrem, quemadmodum ipsa Scriptura S. innuit *Hebr. VII. 3.* De quo hac vice discere quedam animus est. Quod si enim ille modo nominatus *Abi Jaafar Ebn Tophail* de suo per signum sic dicto *Apatore* & *Ametore* *Hai Ebn Yokdhan* peculiarem quandam scripsisse tractatum, in quo universam ipsius vitam lectu haud injucundam style arabico admodum polito depinxit. Sic & nobis licet in his charulis de vere mirabili hoc Viro DEO HOMINE nostro, qui absque Patre fuit, ac absque Matre citra fabulum, vera quedam exponere, praesertim cum occasio id ira ferat. Cum enim ante menses aliquot Exegeti quandam egregii illius dicti *Esa. LXIII. 1.-6.* in nos fulciperemus, quam etiam per Dei gratiam publica Disputatione ventilavimus, angustia vero temporis pariter ac plagularum impediremur, quo minus & *Porismata* illa *Theologica* more Exegetarum conferto Dicto nostro explicato subnecere possemus,

possemus, hinc peculiare quoddam Schediasma operæ huic destinare coacti fuimus. Cumque videamus, universum illum articulum ferme de CHRISTO, Homine illo mirando simul Deo, in illo latere, selegimus igitur præstansissimam hanc materiam paucaque quædam de eadem occasione modo citati dicti Isaiani repetere conamur. Materia quidem est satis trita, de qua tamen nunquam dici satis poterit, cum in memoria Christus sit habendus 2. Tim. II, 8. cuius notitia nulla cum re comparanda est Phil. III, 8. scqq. Breuiores autem hac vice esse poterimus, cum jam aliante nos sat prolixissime articulum hunc tractaverint, partim in Systematibus passim, partim peculia-ribus tractatibus, & Disputationibus, ex quibus, ut infinita alia raceamus scripta, nominasse sufficiat B. Martin, Chemnitii, B. Meisneri, B. Danbaweri, B. Calovii, B. Dn. Haberkornii, Dn. D. Lüscheri, Calixti, &c. labores de hac ma-teria. Breviorem itaque repetitionem duntaxat quandam, occasione sic ferente, ut modo indicavimus, instituemus, thesin, prout ex præsenti dicto nostro Isaiano per legitimam consequentiam fluerit, ponentes atque proban-tes, controversiasque antiquiores pariter ac recentiores brevissime anne-stantes. Quas meditationes nostras ut ordine exponamus, retinebimus illum Theologorum quorundam, qui articuluum de CHRISTO in 4. dispeſunt capita, quorum 1. de Nominibus, 2. de Persona, 3. de Officio, 4. de Statibus Christi agit. Tu autem, O JESU! dirige mentem, dirige calamum, ut de te sobrie ac modeſte cogitemus, Orthodoxe ac pure, quemadmodum in Verbo tuo Te reve-lesti, scribamus, per tua Vulnera. AMEN.

CAP. I.

DE

NOMINIBUS SALVATORIS NOSTRI.

Porisma I. Christus recte dicitur ΛΟΓΟΣ.

§. I.

Varia passim Redemptor noster habet nomina, quæ Theo- logi distinguunt in *essentialia, personalia & officialia*. A llii aliter. Vid. Glaff. in Onomatolog. Messie Prophet. in præ- loqu. p. 7. scqq. Pertinet prælens nomen primario ad personalia; secundario autem, si orthodoxe explicetur, etiam ad officialia quodammodo referri poterit, ut ex infra dicendis patet. Varia de hoc nomine disputari solent, quæ nos, qui in compendio versamur, prænotata ex variis vocis acceptiōibus illa

illa de λόγῳ ὑποστημῷ, ad hæc redigimus momenta, ut agamus (1) de ejusdem Origine. (2) Versione. (3) de ejusdem in Christo significatio-
nis ratione.

§. 2. Originem hujus vocis referunt nonnulli ad Scholam Pythagore, & Platonis. Quemadmodum nupere id afferuit in Belgio Jo. Clericus in Pamphasi & animadvers. in 18. prima commata c. 1. Ev. Jo. Ibid. p. m. 22. Timaeum Lycrum Pythagoricum forte primum vult fuisse, qui hanc vocem adhibuerit, in descriptione creationis mundi, quando ita : Περὶ ὧν ὡραῖον γνέωθ λογοῦ ἕστιν ἴδεα τε καὶ ὥλα καὶ ὁ Θεὸς δαιμογός τῷ Βελτίῳ, i. e. ex vers. Clerici: Antequam ergo cœlum fieret, Ratione erant idea & materia & Deus Creator melioris. Et quæ sunt istiusmodi testimonia plura alia à Clerico adducta p. 23. seqq. Sic & jam ante Clericum vocem hanc ex Schola Platonis derivaverat Christoph. Sandius in Dissert. de λόγῳ. A quibus non multum differunt, quæ Hugo Grotius docet in c. 1. Ev. Io. v. 1. Tom. 4. Crit. p. m. 1564. Ita Amelius Philosopher Platonicus lecto hoc principio Jo. dicitur questus fuisse Joannem Evangelistam in suum librum transtulisse Magistri sui mysteria, Per Iovem, inquiens, barbarus iste cum nostro Platone sentit Verbum Dei in ordine principii esse constitutum. Vid. Druſ. in Jo. 1. v. 1. Tom. 4. Crit. p. m. 1551. Alii originem hujus vocis adscripserunt Zenoni Citticeo, alii Trismegisto Ägyptio. Verum enim vero quamvis quidem omnes himentioinem λόγῳ fecerint, ceu videre est ap. Laclant. l. 4. Instit. div. c. 9. August. l. 7. Confess. c. 9. Summe Rev. Dn. Colberg. in Sap. Ver. Ebr. per Univ. orb. dispers. in Append. §. 2. p. m. 174. aliosq.; In alio tamen significatu vocem hanc usurparunt, ut Thomas pare. 1. qu. 32. ad art. 1. declarat, cum ait: in Libris Platoniorum inventitur: in principio erat verbum, non secundum quod verbum significat Personam genitam in divinis, sed secundum quod verbum intelligitur ratio idealis, per quam Deus omnia condit. Et sic quoque alii modo citati gentiles cum Joanne ψευδο μὲν λαλῶσιν, αὐτοὶ δὲ Φρεούροι, vel si forte de Christo intelligent, Judaizant vid. plura de differentia τῷ λόγῳ Joannitici & Platonici ab B. Dorsch. in Theol. Zaub. part. 2. p. m. 174. seqq. Galov. in Bibl. illustr. in c. 1. Jo. B. Joach. Krakowiz. Profiss. Soran. in Diff. Theolog. de dicto Jo. 1. v. 14. et bes. 6. Dionys. Perau. Tom. 2. Dogm. ut p. 1 seqq. Witium in dissensat. de sermone Deo. Praecoll. ac Pract. Dn. M. Frid. Ernest. Kettner. συνοικον quondam nostrum

Lipſie in adib⁹ Magni Itigit ac Consaliniū ibidem conjunctissimum,
 Fautorem optimum in eruditiss. dissertat. in locum 1. Jo. 5. v. 7. part.
 2. c. 1. qu. 2. p. m. 92. seqq. Alii originem locutionis hujus repeti-
 runt ex versionibus Chaldaicis, quæ Messiam sape מֶלֶךְ אָמֵן vocant,
 qualia loca summa cum diligentia collegerunt B. Dorscheus l. c. p.
 181. Lightfoot. in Harmon. Ev. T. 1. opp. p. 250. & in Horis Talmudicis
 Tom. 2. opp. p. 599. Buxtorff. in Lexic. Talmud. p. m. 125. Georg. Bul-
 lus in defens. Fid. Nic. Sebt. 1. c. 1. §. 19. p. m. 27. edit. Amstelod. Quibus
 locis etiam illa addi possunt, quæ in Targum. Chronic. extant, quod
 post virorum horum tempora publicatum est a Matthia Frid. Beckio,
 nisi quæ ex MS. Anglie, quodam paſſim allegant Lightfoot, aliisque.
 Sic vid. 1. Chron. V. 20. 22. 26. c. VII, 21. c. IX, 20. c. X, 13. c. XI, 9. c.
 XII, 18. 23. c. XIII, 14. c. XIV, 2. & infinitis locis aliis. Conf. de hac
 Chaldaica voce inter alios Jac. C. appell. in c. 1. Jo. v. 1. T. 4. Crit. p. 1560.
 & contra Hackspan. Kettner. l. c. p. 97. aliosque. Quæ autem quam-
 vis quidem argumenta sint pro Deitate filii Dei; non tamen ex eo
 evincitur, hunc loquendi modum, de quo nobis hac vice sermo est,
 ex Targumina esse desumptum. Putamus potius, Joannem voca-
 bulum hoc origine antiquissimum ex ipſa Scriptura S. divinitus
 inspirata desumisse. Ita enim expreſſe vocatur Psalm. XXXIIII, 6.
Consentient nobiscum B. Dorscheus in 1. Ep. Jo p 8. (Quem B. vi-
 ri labore ex MS. nuperime eruditio orbi non sine insigni aplausu
 communicavit egregium illud Academizæ Noſtræ Decus, VIR Ma-
 gnif. ac Maxime Rev. Dn. D. JO. NIC. QVISTORIUS, Praeceptor
 noster ac in Christo Pater summo obsequio colendus) & Jac. Cap-
 pellus l. c.

§. 3. Circa versionem vocabuli hujus non convenient inter se Eruditi. Modo nominatur Jo. Clericus l. c. p. m. 22. non
 vult interpretari verbum aut sermonem; sed potius rationem, quod
 ii, qui ea primi & plurimum usi sunt ad significandam divinam
 aliquam mentem, aut ipsum Deum, nusquam ea loquentem Naturam
 nomine Dei; sed duntaxat intelligentem ac ordine omnia di-
 sponentem significarint. Ita & olim Tertullianus contra Praxeam
 contendit, appellatione λόγος rationem potius seu cogitationem
 quam sermonem, vel verbum h. l. intelligendum esse. Erasmus in
 Jo. 1.

Jo. I. v. 1. T. 4. Crit. p. 1527. per sermonem vertit, idque contra Adversarios suos defendit. Sic & sentit Barthius in *Animadvers. ad Phœbad.* Alii non per sermonem; sed per: Verbum efferunt, ut Flavius in *Not. ad N. T. & Cameron.* in *Jo. 1. Tom. 4. Crit. p. 1517.* Sed in verbis tamen his, eorumque redditione faciles nos esse posse cum B. Krukevitz. l. c. tb. 7. putamus, dummodo mens sic vel secus vertentis prævam in ipsis rebus sententiam non soveat. Nec male annotat Dn. M. Ständer in *disput. inaug. de Christologia Joannitica sub presid. Baieri Jen. hab. axiom. 2. Not. c. 9. p. 9. 10.* λόγον verti primo posse rationem, quia sicut ratio, vel notitia a mente, sic filius a Patre fit (*ira Chrysostomus, Theophylactus Euthymius, Basilius & Nazianzenus*) secundo & optime verti per sermonem (cum Tertulliano, Cypriano, Ambroso & Hieronymo) vel potius verbum, unde & *Æthiopicus* vertit: *Kal i. e. verbum, sic & Syrus, Arabicus, Persicus, Egyptius.* vid. *Ludov. de Dieu.* Modo non intelligatur verbum προφητεία; sed ὑπεστακόν. Ita & sentit Ed. Leigh. in *Crit. S. N. T. voc. λόγος* p. m. 374.

§. 4. *Appellationis in Christo ratio primaria* procul dubio est, quia ab eterno a Deo Patre suo est generatus. Secundario vero etiam ita dicitur juxta Theologos nostros, quia interpres fuit paterni consilii & quasi Orator Dei ad genus hominum. Ita enim Irenaeus ap. B. Chernnit. in *Locis. Part. 1. Loc. 2.* p. m. 129. ait, *Filiū quoque dici λόγον, quia sit persona sonans, & loquens cum Patribus & edens promissiones.* Vid. & B. Dorschaus in *Theol. Zach. part. 2.* p. m. 182. & in *1. Ep. Jo.* p. 4. B. Quenstedt. *System. Th. part. 1. c. 7. Selt. 1. tb. 38. not. 1. p. m. 333.* B. Winckelmann. T. 2. *dispp. Gieffens. dispp. 2. tb. 4. p. m. 68.* Sicque non tantum ratione persona, verum etiam ratione officii Christus vocaretur λόγος. Quæ posterior tamen phrasis probe est distinguenda ab Adversariorum loquendi modo, E. G. *Mohammedanorum*, qui Christum itidem ita vocant in *Alcorono* suo, vid. *Surat. 3. v. 40.* juxta distribut: *Hinckelmannian. p. m. 46.* item *Surat. 4. v. 169. p. m. 90.* significationis rationem in officio quarentes. Ita enim *Histor. Saracen. Elmacini l. 1. c. 1. p. 3.* refert. *Mohammed* inter alia *jussisse creare in Christum filium Maria Spiritum Dei verbum ejus, & Apostolum ejus.* Qualēm rationem quoque

que *Commentatores Alcorani* passim dant. Quamque procul dubio intellexit Auctor Illius Lexici Arabici, quod Jo. Henricus Hottingerus Oxoni in museo Gravii vidit, ex quo in *Histor. Orient.* l. 1. c. 3. p. m. 158. sq. haec communicat verba : *Christum vocari, verbum Dei, quod utilis fuerit religioni* (i. e. religionis promotor) quemadmodum dicitur de aliis : *bis est Gladius DEI, Leo DEI.* Quamvis adhuc aliam hujus nominis, sed plane ineptam singant rationem, quam idem Hottingerus l. c. p. 158. verbis *Bcidavi*, ita recenset: *Sic appellatur Isa, quia ad verbum seu mandatum Dei extirrit absque patre.* Ita & Sociniani, ac Arminiani, nominatim *Curellaus* Lib. 5. In sit. c. 3. intelligunt Jesum dici λόγον ratione offici, quatenus fuit divine voluntatis interpres. Quæ adversarii hi primario intelligent, cum eternam generationem negent. Qua tamen ratione thesis falsa est, vid. B. Calov. in *Diss.* de pers. ac offic. Cbr. (quam ut inaug. defendit A. 1680. B. Dn. D. Georg. Schwartz.) §. 10. Contra autem Theologi nostri, quando ita loquuntur, intelligunt id duntaxat secundario, primariam rationem ex generatione eterna presupponentes. Et secundaria illa appellatio haud obscure latet in nostro texu Isaiano, quando nimurum v. 1. ipse Salvator inquit; בֶּן סְרִבָּר אֱנֹי ego loquor de *Iustitia*, in quorum verborum explicacione vidimus Salvatorem nostrum tanquam *Concionatorem iustitiae* illius, per quam salvamur. Quid hoc est aliud, quam annunciare voluntatem Patris Cœlestis de Hominum Salute ? Et quidem pertinet hoc ad consequens generationis sua passive, a qua primario vocatur λόγος, quod consequens dicitur missio, cuius finis etiam inter alia fuit, voluntatem Patris annunciare. vid. *Esa. LXI, 1. 2. Luc. IV, 18. 19. 20.* Qua de re plura infra, ubi ad Officium Christi propheticum deve- niemus.

Porisma II. Recte etiam Christus vocatur JESUS.

§. I.

Est hoc nomen Christi proprium, quo simul respicitur ad ipsum officium. Hinc etiam a Theologis ad *Nomina ipsius officia* refertur. Insinuatur hoc nomen dulcissimum in textu nostro, quando in eodem Christus se vocat יְהוָשֻׁעַ בֶּן Magistrum ad salvandam. Hinc concludimus, Q. Magister est ad Sal-

Salvandum, ille omnino etiam redillime vocatur *Iesus*, nec nomine tantum, verum & nomine & re talis est. Atqui *Salvator noster* est talis vi textus nostri &c. E. Quo de dulcissimo nomine cum varia passim annotari soleant, pauca quodam ex iisdem repetere liceat, & quidem (1.) De Nominis impositione, (2.) Scriptione, (3.) derivatione (4.) translatione (5) derivationis ratione.

§. 2. De Impositione non adeo magna est controversia. Evidet enim est, nomen hoc Christo esse impositum ab ipso Deo, tanquam primo Auctore, jam ante Conceptionem. Conf. Phil. II. 9. 10. ab Angelo, ut divina Voluntatis revelatore, itidem ante Nativitatem Luc. II. 21. Matth. I. 21. à Parentibus, ut divinæ voluntatis executoribus Luc. II. 21. Matth. I. 25. in Circumcisione, quo nomine postea ab aliis etiam ut proprio denominatus fuit.

§. 3. Scribitur hoc nomen à variis variè. Andreas Osiander in Harm. Ev. revera scribi putat יְהוָשׁוּא Sed esse hanc vocem nihil, & præter analogiam confitam, cuius ultimum punctum ante He quiescere vetet genius linguae, non incongrue observat Excellensiss. Dn. Matthæus Hillerus Profess. Tubing. in Dissert. de genuinâ versione vobum, que extabant in Dominica crucis elogio: *Iesus Nazarenus Rex Jud. c. 1. p. m. 3. conf. Ang. Caninium in Disquisit. in loca aliquot N. T. c. 1. T. 7. Crit. p. m. 290. sq. Drusius in c. 1. Matth. Tom. 4. Crit. p. m. 28. putat, scribi יְהוָשׁוּא unde Inost̄is quia talis appellatio adhuc ap. Judæos sit. Quæ ramen Judæorum appellatio cum nimis sit frivola, ut mox patet, non videtur in eadem præsidium querendum esse. Alii rursus existimant, litteras scribi ex typo Hebreæi nominis יְהוָשׁוּא Jeboſchua, pro quo abbreviate, Jeschu, & graci LXX. Inost̄is, siveque nomen Iesu idem esse volunt cum nomine Joſue vid. Hoornbeck. de Convinc. Jud. l. 3. c. 1. p. m. 212. Munsterus in c. 1. Matth. Tom. 4. Crit. p. 14. & Gorius ibid. p. 48. item Ang. Caninius l. c. p. m. 2949. & Leigh. in Critic. S. tam V. T. p. m. 77. quam N. T. p. m. 301. Edit. Lips. aliisque. Nimium autem hosce falli judicat Dn. Hiller. l. c. nam inde servata Hellenistarum consuetudine excuderetur Iωσ̄is non Inost̄is. Hincque commodiorem aliquam scriptiōnem ex consuetudine Hellenistarum in vertendis vocibus eruit, juxta quam primum scribi debeat יְהוָשׁוּא Jeschu, & Ainsulti-*

ultimam, quæ Spiritum referat græcis ineffabilem; præteriti flexionis gratia, succedentes, ut factum in nomine: Iaddæ, quod respondet ipsi יְהוּדָה Jaddua &c. Quæ scriptio Græco admodum conscienter respondet, nec adeo absurdæ nobis videtur, præsertim cum Christus plene singularis quædam fuerit Persona, quam etiam singulare quoddam nomen proprium, non adeo commune cum aliis habuisse, non improbabile videtur. Arabes scribunt hoc nomen Iṣa, vel Isai. Ita vocatur Salvator noster sepe in Alcorano. vid. Surat. 3. v. 40. 45. 48. 52. Surat. 4. v. 156. & 169. &c in aliis locis passim. Alios Scriptores Arabicos scribere Iasua obseruat Druſius l. c. p. 27. apud Porchetum part. 2. c. 14. est Jessua. Quia vero, inquit, Latini cum lingua, & non cum gutture loquimur, ut Arabes & Ebrai, corrupce pronunciamus pro Jessua, Jesus. Quem tamen falli putat idem Draſius, cum Ebrai scribant יִשְׁעָה vid. plura ibidem. Judei ex blasphemia scribunt יִשְׁעִין, cuius rationem dedit Elias in Tisbi in voce טהיר הווים אֵינֶנְט מַוְתֵּת שְׁחוֹת רְהֹה יְשֻׁעָה לְפִיכָר אֲנָס רֹצֶם לְקַרְאוֹ וַיְשֻׁעָה וְהַעַד קְוֹלָן לְיִשְׁעָה quia Judæi credunt, quod ipse sit servator ille. Id circa nolunt ipsum vocare יְשֻׁעָה, sed collunt ain literam & pronuntiant יִשְׁעָה. Alii Judæorum scribunt יְשֻׁעָה & per Rasche Tebbotb explicant (abst. blasphemia verbis) pereat nomen & memoria ejus, Messie scil. nostri. Conf. Buxtorf. in Lex. Talm. p. 992. Hoornbeck. de Convinc. Jud. l. c. p. 213. Magnif. Dn. D. PFEIFFER. in Throl. Jud. Exerc. 5. tb. 1. p. m. 209. sq. Addit Buxtorf. l. c. se & aliam didicisse interpretationem à Judæo, qui suā adhuc ætate Hanoverie vixerit, eum dum paululum à Judæis fuerit aversus, sibi revelasse, etiam ipsis valere: Jesus mendacium & abominatione. Tu O Jesu vindica hanc ipsorum blasphemiam. Alias etiam scriptiōnem hanc יְשֻׁעָה committare itidem blasphemæ per Gemairiam Cabballisticam cum זְרוּק ex ipsorum precibus annotant Buxtorf. in Synagog. Jud. c. 10. p. m. 217. & Hoornbeck. l. c. p. 213. Quas tamen preces alter explicat Dn. Wagenstil. in Confut. Carm. Lipp. in Testig. Sat. p. m. 217. sq. quomodo & in monetis quibusdam Ebraicis ita scribatur יְשֻׁעָה vid. Gass. Wasen de Antiquis Numis Ebr. Chald. & Syr. l. 2. c. 3. T. 6. Crit. p. m. 990. Interdum tamen Judæos, quamvis raro, plene

plene scribere ώντι ex Abravanel in Es. 52. & Autore Zemach. notat
Hoornbeck l.c. Aben Esram scribere ώντι Jesus notat R. Elias l.c.

¶ 4. In derivando hoc nomine iterum non convenient inter se erudit. Nonnulli volant, esse hoc nomen simplex, interque eos derivant illud quidam ex Greco ιάω, in fut. ιδοω, ex quo iaoθε & conversione αἰνη Ιησος, ac si idem esset, ac ιαρπος Medicus. Sic enim Moschopulus ap. Drusum l.c. p. 28. περι γεδων. Τὸ Ιησος ὄνομα οὐετίστως διμαι αποδιδοσθαι παρει τὸ ιάτω Θεατησιώ δι μέλλον ιάτω, καὶ τὸν αὐτὸν ιάτων, καὶ τροπὴ τὸ Αεις H. Ιησος. Sic & Basili- um M. nomen hoc derivasse, docet B. Glaffius in Philol. S. l. 4. tr. 3. c. 1. obser. 5. p. m. 941. Et videtur eidem Glaffio, idem hoc vell: E-
piphan. Her. 29, quando Jesus, ait, in Hebraicā lingua curator apr-
pellatur, aut Medicus, & Salvator. Et quidem Hug. Grot. in c. 1.
Matth. T. 4. Crit. p. 48. putat, viros hosce Hebræi sermonis non fuisse imperitos, nec ad aliam vocem Hebræam respexisse; sed quæsi-
visse vocem Græcam, quæ Hebræa ώντι non solā significatione, sed
sono insuper coharet. Probatque Hebr. ώντι modo idem valere,
quod Græcum ιαδων. Quæ quamvis bene se habeant, sunt tamen al-
lusiones potius, quam genuina derivationes. Nonnulli ap. Edoard.
Leigh. in Crit. S. N. T. in voc. Jesus p. m. 301. derivant nomen hoc ab
īnui mitto. Quæ tamen derivatio iterum nulla est, cum evictura
sit, nomen hoc non esse Gracum; sed Hebraicum. Sic & alii à Sy-
riaco ΝΟΝ, quod Sanare est, vel mederi, derivante ap. Casp. Waser. de
Numis Ebr. l. c. Alii, qui simplex nomen esse putant, re-
gius derivant à ώντι Salvavit &c. Cum autem difficilis admodum
exinde fuit forma hujus nominis, in primis si omnium puncto-
rum accuratissimam queramus rationem, hinc alii non simplex
sed compositum nomen fecerunt. Verum nec hic una omnium est
sententia. Andreas Ofstandor in Harm. Ev. derivavit nomen hoc ex
nomine Dei Jehovah. Quod autem nomen cum ipsi ιαυτον τον
fuerit, dicit insertam esse ώ ex voce ΙΗΩ Gen. 49. v. 10. Scque fa-
ctum fuisse effabile, ut ita hoc nomine significetur (1.) Chrestum esse
verum Deum ob nomina Jehovah, & verum hominem ob literam ώ
ex Schilob, quæ humanitatem ejus notet, & quod sint unitæ illæ due-

Natura in unam personam, sicut ex divinae & humanae naturae nominibus factum est unum nomen. (2.) incomprehensibilem Deum assumto homine coepisse nobis esse cognoscibilem. Idem sentit. *Seb. Castalio in Matth. 1. Tom. 4. Crit. p. 18.* putans, itidem hoc nomen esse ex יְהוָה, Schin autem esse ex voce, שֵׁנִי. Ita & Erasmus in ensomio mortæ ap. B. Gläss. in Phibol. l. c. meminit cujusdam, qui etiam ex voce Jehovab nomen Jesus derivaverit, literam S. vero interpolatam ex Scoticâ deduxerit linguâ, utpote in quâ Syn. (quod nomen Hebreæ literæ est) peccatum significet, ac si respectum eo esset: Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Quæ meditationes, quamvis quidem sint piæ, non tamen derivationes sunt cum fundamento, quia contra primam impositionem, & explicationem Angeli sunt. Hincq; merito rejiciuntur à Gläss. l. c. & in Onomatolog. *Messie Propb. Class. 4. p. 170.* B. Dannhauer in *Hodosoph.* p. m. 598. Walther, in Specieg. *Controv. de Dei Nominib.* *Controv. 14. p. 204. sqq.* Hillero l. c. p. 3. ut & ab Ang. Caninio in *disquisit.* in loca aliquot N. T. c. 1. T. 7. Crit. p. 2946. sqq. Alia ratione Kirstenius nomen Jesu arabico deduxit à ﷺ i. e. O! & يَسُوسْ, quod receptionem clamoris significat, ut يَسُوسْ idem sit, sc: O receptio clamoris! Sed allusivum hoc tantum esse, non vere etymologicum, ipse fatetur Kirstenius ap. Gläss. in *Onomatol.* l. c. p. 173. Novam derivationem non ita pridem adinvenit Cl. Da. Hilleius l. c. p. 4. sqq. putant nimirum, componi nomen hocce ex verbo & nomine. Verbum esse יְהוָה, quod ante radicalem literam Joth aliquando coalescit in יְהֹה syllabam, ut in verbo שְׁרֵךְ possidebit, vel in (...) transit ut: שְׁרֵךְ descendet &c. quod contingit etiam in compositione nominum & verborum quiescentium, ut אֶלְהָהָר Ebud, pro אֶלְהָהָר ubi est gloria? cuius icodūvauon: אִיכָּבָד Iacobod, ubi est gloria? &c. Manifestius est exemplum contractionis ejusmodi, quod dat ex nomine נָבוֹן Jebu, quod partibus divisus est יְהֹה זְבוֹן! Qui erit est idem, vel: Erit idem, scil. Deus. Nomen autem, ex quo praesens nomen componatur, esse يَسُوسْ ad formam nomiaum בָּלְגָה proventus, רָגְבָּתָלָה, يَسְרָאֵל notitia &c. Et ne quis nomen يَسُوسْ insolitus esse arbitretur, notat, id, quamvis à Lexicographis neglectum, aliquoties in Sacris paginis extare, item quidem Job. XXX. 24. in propriis autem frequentissime legi. Nam *Sibua Nobilia Cananeus*, *Judæ Patriarchæ*

thæ sacerfuit. Hinc composta: *Iehoſchua*, *Dominius est salutis*; *Abitſchua*: *Pater est salus &c.* Quæ sententia non adeo temere rejicienda esse videtur, in primis si omoimodam aliquam punctorum analogiam in voce habere velimus, & difficultates illas, quæ alias derivationes passim premunt, evitare. Quæ *Muhamedans* de hoc nomine meditantur, nonnisi allusiones & ridiculae quædam derivationes sunt. R. de quidem *Beidavi ap. Hottinger. in Histor. Orient. l. 1. t. 3. p. m. 157.* *Isa* ambizatum est ex *Iſchua*; mox tamen, coelestem hanc nomenclaturam esse, ignorans, ejus ab *Arabibus* accersit Etymologiam, & quidem ab *CVV*, quod *fuscum*, *albo*, *rufog.* variegatum notat. Puratq; *Hottingerus l. c.* Muhammedi nihil tale cogitanti impositum fuisse à marruino suo *Judeo Abdalla*, qui Talmudistaruſ suorum incoctus blasphemis didicerit impium illum παραιλισμὸν inter Ιων Esavum, & sanctissimum mundi Servatorem (citat Lexic. Talm. Buxr. p. 32.) *Jesum*, quem ille blasphema hac Synonymiâ exprimere voluerit. *Tetrasianus* quidem concedit esse nomen Hebraicum *Iſchua*, sed esse idem quod אל-סִיר i. e. *Dominus*, vel secundum alios *אל-מְכַרֵּךְ* *Benedictus*. vid. *Artſammedinus comment. in Beid. Dec. 18. p. 5. ap. B. Andr. Müller in Not. ad Excerpta MS. Turcici de cognit. Dei & Hom. à quodam Azizo Neſephao*, *Tatara scripti plag. c. column. ult. Zemaziferis vero ab eundem Mullerum l. c. nonien barbarum esse ait, quod adeo explicare nequeat. Omnia ex ignorantia genuina originatio-*nis. *Conf. B. Schikard, in Tarich. p. 79.*

S. 5. Sic & circa translationem hujus Nominis nonnullæ Controversiae inter Eruditos fuere oboritæ. Quaritur enim (1.) Utrum vertendum sit nomen *Jesus* aliive *Salvator*, an vero *Passio* : *Salvandus*? posterius voluit *Osiander*, quasi sit participium passivum. Quemadmodum vocatur *Zach. IX. 9.* de quo tamen loco vid. *B. Dorsebaus in Theol. Zach. part. i. p. m. 43. & 158.* *B. Danhauer in Hodosap. p. m. 600.* *B. Jo. Frischmuth in diff. de Messia Rege Sionis c. 2. §. 14. & 1.* & *Raymund. in Pug. fid. part. 3. diff. 3. c. 2. n. 4. p. m. 643.* Aliis placet *prima*, nempe *aliive Salvator*, vid. *Danhauer l. c.* Alii utroque modo explicant. vid. *Dorseb. l. c. p. 158.* Qu. (2.) Utrum *Salvator*, anvero potius *servator* vertendum, vel adhuc aliter? *Servato-*rem expondere maluit *Beza in 1. Tim. I. 6.* Aliis vero arridet potius: *Sal-*

vator. Hug. Grotius in Matth. 1. 21. T. 4. Crit. p. m. 48. mavult transferre
Sospitator. Celeberrimus Dn. Casp. Neumannus in Genes. lingv. S p.
m. 90. secundum hypothesin suam, per quam Characterem rad. γν̄
putat esse γν̄ notam intime Conversionis & applicationis ad aliquid,
nomen Iesu vertit: Salvator, cui se homo torum dare, ad quem se
convertere, quem intueri, quem meditari, quo dilectari, quem pro im-
petrandā Salutē accedere, acclamare, cui inniti, cui confidere & potest
& debet. Quibus controversis in primis superiori supersedere possumus,
si hypothesin Cl. Dn. Hilleri arripiamus. Secundum hanc enim
Iesus idem erit scilicet: is, qui erit salus, vel simpliciter: salus est, salus
erit: Quod prolixè l. e. p. 5. & 6. ducit.

§. 6. Derivationis rationem expressis verbis dat Angelus
Metzb. 1, 21. duros γαρ σώσει τὸν λαὸν αὐτὸς αὐτὸν διαχειρίζει
αὐτῶν: Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Quæ
ratio iterum non male cum derivatione & translatione Cl. Dn. Hilleri
convenit. Nec enim, qui peccatorum onere levarit, alius haberi potest ab
eo: Qui est, qui fuit, & qui venturus est, & peculiari quodam jure ex Salu-
tis argumento Iesus vocatur. Non est enim, ut Petrus ait Act. IV. 12, in ullo
alio Salus, nec ullum aliud nomen est sub celo inter homines datum, per
quod salutem consequamur, Quæ derivationis ratio etiam in nostro
habetur textu, quemadmodum eam supra indicavimus.

Porisma. III. Reète quoque dicitur Christus GOEL noster.

§. I.

§. 1. Est GOEL nomen Ebraicum à Rad. הַלְאָ redemit: Si-
gnificat igitur nomen hocce Redemptorem, & quidem proprie talem,
cui ex cognitionis & propria uitatis jure fratris aut proximi cognati
res vinditas redimendi, eundem captivum liberandi, interfictum ul-
ciscendi, & defuncti uxorem ducenti necessitas incumbebat Lepit.
XXV, 25. 48. c. XXVII, 15. Ruth. II. 20. c. III, 13. Num. XXXV, 9. Conf.
Gläss. in Onomatal. Chrlst. Propriet. l. c. n. 6 p. 178. sq. Talis Goel quo-
que Christus noster fuit. Conf. Gläss. l. e. Sic eum expresse vocat Hiob.
c. XIX, 27. & ita quoque describitur in nostro textu v. 4. Ub. (1.) me-
minit suorum, quorum scilicet cognatus fuit, (2.) meminit etiam redem-
tionis eorundem, per quam deperditam illam salutem restituuit,
nos captivos ex captivitate liberavit, & ab Hostibus nostris à quibus

in

in mortem etiam traditi, vindictam sumpsit. Quæ omnia ut præstaret, ex genere humano sponte sibi accepit, & fædere personalistihi eandem tinxit. Conf. Glaff. l. c. Hinc concludimus: Qui ergo nos homines suos agnoscit, nosq; per predictum modum liberavit, ac redemit, ut vi supra allegatorum locorum Scriptura rectissime vocatur nosfer Goël. Atqui Christus vi dicti nostri Isaiani nos homines suos agnoscit, ac ita redemit. E.

§. 2. Possemus hic & alia quædam Christi nomina è textu nostro elicita recensere, E. G. quod sit Propbeta, Rex &c. de quibus tamen commodius infra, ubi ad Officium Christi pervenimus, agi potest. Missis igitur Nominibus, ad ipsam Christi Personam pergimus,

CAP. II.

DE

PERSONA CHRISTI!

Porisma I. Datur in Christo Natura Divina, per quam
verus & essentialis DEUS est.

§. 1.

Est Christus Θεόθρων compositum quoddam (non tamen Ens statim per accidentem, vid. B. Georg. Meier, Regin. Ministr. p. m. 49. sq.) cuius cognitio accuratior pendebit ex consideratione duarum illarum Naturarum, ex quibus nimirum constat, quarum prima est Divina illa, per quam verus & essentialis DEUS est.

§. 2. Probat hanc Theologi ex quatuor potissimum argumentis (1) ex nominibus Dei, quæ ad Christum in scripturâ passim applicantur, (2.) ex attributis divinis, quæ eidem tribuuntur, (3.) ab operibus Divinis, quæ de eo prædicantur. Et (4.) ex cultu divino, adorationis scilicet, qui eidem exhibetur. Quorum dictorum sat prolixum catalogum exhibent Systemata Theologica passim. Addunt his argumentis alii Consensum Patrum, imprimis Ante Nicenorum, quorum testimonia vid. ap. B. Dannbauer in Christosoph, Sect. 1. art. 1. §. 4. p. m. 1. sq. Dionys. Petav. Dogmat. Theol. Libr. de Trin. Ludov. Thomassum in Dogmatib. Theol. Part. non ita pridem edit. Tom. 3. tr. 2. Ex Anglis Sam. Gardiner in Hypotipos. fidei Catbol. circa SS. Trinit.

ex Scriptis Patrum Ante Nic. Georg. Bullum in Defens. Fid. Nic. & nupere Dan. Wibthy in tr. de verâ Christi Deitate, Oxon. An. 1691. edit. Sect. 1. & 2. & Lucam Milbourne in mysteries in Religion vindicadet.

§ 3. Ita & argumenta quædam haud obscura pro Divina hac Naturâ ex nostro textu poterunt desumi (1.) ex Nominibus. Sic enim dicitur מָגִיסְתָּךְ Magister ad salvandum, Iesu, est Salvator ναῦ ἑξοχὴν, qualis nudus Homo esse non poterat, sed simul verum Deum indicat. (2.) Ex attributis divinis, qua innuuntur per robur illud divinum v. i. ab Ecclesiâ Christo tributum, quodque tanta cum consternatione miratur. Est hoc robur Majestas illa divina, plenitudo illa divinitatis, attributa omnia divina in se complectens, Christique carni communicata. Quemadmodum id ita in Exegesi cum B. Sebas. Schmidio explicavimus. (3.) Ex operibus, qualia in primis duo in textru nostro memorantur, nempe primum est misericordia, redemptio v. 4. annus, quo redimerem meos venerat. Alterum est potentiae & justitiae simul, quando solus ille absque ullo ullius auxilio omnem Hostium tam Spiritualium, quam corporalium catervam tam potenter devicit & tam juste punivit. (4.) Ex cultu adorationis, qui itidem haud obscure in textu nostro insinuatur, si affectum Ecclesie cum Salvatore colloquentis penitus aliquantulum inspiciamus, manifestissime autem ex subseguente Oratione devotâ ad Salvatorem hunc nostrum cultus hic divinus pater. Ex quibus jam tale necimus argumentum: *Quicunque Salvator est ναῦ ἑξοχὴν talis, majestate illâ divinâ gaudet, genus humanum redemit ejusq; Hostes ad unum omnes virtute suâ, & quidem solus devicit, tamque severè punivit, ac ab Ecclesiâ propterea cultu divino adoratur, ille verus, ac essentialis Deus est. Atqui Christus noster est talis. E. Major luce suâ radiat. Minor aperie est in textu nostro.*

§ 4. Negarunt Divinam hanc in Christo Naturam (1.) Judætam veteres, quam adhuc recentiores Vid. præ aliis illos, quos Illustris Dn. Wagenseil. in suis Telis igneis Satane exhibuit. Vide Judæorum argumenta soluta ap. Raymund. in Pugion. Fid. & Jos. Voisin in Not. ad Eundem part. 3. dist. 3. c. 2. & 3. p. m. 641 sqq Hoornbeck de Convincend. Jud. l. 5. c. 1. p. m. 359. sqq. Mos. Amyrald. in prob. Trin. ex V. T. quam exhibet Dn. Wagenseil. in refutat. Carm. Lipmann in Telis

Telis p. m. 150. sqq. Jac. Gouffet in Controv. adv. Iudeos ternione, ubi
 refutat pessimum illum librum Jud. R. Isaaci munimen scil. fid. exhibe-
 à modo laudato Wagenseil. l. c. Ex nostris B. Winkelmann. Tom. 4.
 Dispp. Marpurg. Dispp. l. B. Aegid. Hunn. T. t. Dispp. Marp. Disp. 3. p. 46.
 B. Müller in Judaism. c. 18 p. 546. sqq. Haveman in der Wege Leuchte part.
 2. c. 7. p. m. 424. sqq. addit. Chriß. Gerſon. im Jüdis. Ealnuds fürniſſt
 Inhalt part. 2. c. 5. p. m. 336. sqq. aliosque Scriptores Anti-Judaicos
 pallim. (2.) Gnoſſici, & Nicolaitæ. vid. Iren. L. 3 c. n. Conf. Magnif.
 DN. D. NICOL. DASSOV. in Dispp. Inaug. de Nicolaitar. Heresi ib. 17.
 Quos postea (3.) secuti Ebion & Cerinthus, juxta Iren. l. c. contra quos
 Joannes Evangelium suum scripsit, vid. Iren. l. c. & Hieron. in Catal.
 Scriptor. Eccles. ut & in Prem. ad Martb. Conf. Jo. Cleric. in animad-
 vers. in c. 1. Jo. p. m. 15. sq. (4.) Arius & Photinus cum suis assertis.
 Contra quos simul librum suum non ita pridem direxit Dan Whi. by
 de verâ Christi Deitate. (5) Muhamedani. vid. Alcom. Surat. 5. v. 79.
 p. m. 103. ubi ita: פָא אַרְמְשִׁיחָ אֶבֶן מְרוּם אֱלֹהָ רְשֻׁוֹל קָרְבָּן
 מַזְכֵּלה אֲלֹרְשָׁנָל וְאַמְתָּה צִוְּתָה כָּנָאָנָה
 Quæ verba ita reddidit Du Ryer in versione suâ Gallicâ p. m. 92. Le Messie
 Fils de Marie est Prophète & Apôtre de Dieu semblable aux Prophètes,
 qui font venus auparavant lui, sa Mere est sainte, & ont tous deux bu
 & mangé. In qua versione Dn. Jo. Mich. Langius in differt. Theolog.
 ad illustr. Dn. Wagenſcil. de Fabulis Mōhammedicis c. 3. §. 32. p. m. 58. sq.
 obſervat. vocem צִוְּתָה non commode reddidisse per sa Mere sainte,
 cum Pseudo Propheta h. l. noluerit in laudes Mariæ diffundi. Sed po-
 tius vertendum eſſe h. l. Propriet contextum. Vera, verax, germana,
 scil. Mater, & homo, ut hic sit sensus: Non eſt Meſſias Filius Maria
 quicquam aliud, quam legatus. Pridem ante eum legati fuerunt &
 Mater ejus vera comedebant cibum. Quemadmodum & Germanus
 reddidit l. 2. c. n. p. 131. Christus iſt nichts anders/ als ein Gottſchaffter
 Gottes/ und sind vor Ihm viel andere Propheten geſen. Er hat
 eine leibliche Mutter gebabt/ welche ſo wohl als er gegeſſen und getrun-
 cen. Sic & in eadem Surat. præced. v. 76. impios, s. incredulos illos
 vocat, qui dicunt, quod Meſſias Filius Marie ſit Deus. Idem Muſulman-
 nus Sampates vult, quando ſcripit ad Monachum Meletium; Deos
 plures colunt, Christumque, cum ſit sermo Dei falſo traducunt, quod
 -embe

erit se filium Dei esse. Nonne hunc Iudaï interrogarunt dientes? tunc es filius Dei? & negavit, dixitque: Vos dicitis: Contra quos vid. auctor Fortalit. & Richard. ap. Theodorit. Hackspan, in Fide & legib. Mohammedis post. 2. lit. K. 2. & prolixo Luovic. Marracius in Prodrom. ad Refutat. Alcoran. Roma non ita pridem edit. Part. 3. c. 11. 12. 13. & 14. item. 15. 16. 17. & 18. (6) Sociniani, vid. Catechism. Racoviense. c. 1. de essent. Dei qd. 28. & 29. qva & communis Socinianorum est sententia. Quorum argumenta dicuerunt B. Calov. in Socin. profligat. Article. 2. Controv. j. p. m. 183 sqq. B. Scherzer. in Colleg. Anti-Socin. Disp. 15. p. m. 168. sqq. Nicol. Arnold. in Relig. Socinian. s. Catechesi Racovi. Maj. c. i. de essent. Dei §. III. sqq. p. m. 124. sqq. Placau in admirandâ Jesu Christi essentiâ, Whitby l. c. & peculiari tractatu Gallico Abbadie subtit. Traité de la divinité de Notre Seigneur Jesus Christ. An. 1689. edit. Sandio recentiori cvidam Sociniano potissimum ex antiquitate satis fecerant Georg. Bullus in defens. fid. Nic. Sam. Gardinerus partim in hypotyposi s. delineatione Fidei Catholice circa S. Trinit. ex scriptis Patrum Ante-Nican. cui amelius breuis quædam responso adversus accusationem Sandii. Partim in Epistola Valedictoriâ ad secundam Sandii epistolam, cui adjectit refutationem libri Cingalli, qui idem hic est Sandius de Scriptura SS. Trinitatis revelatrice. quem Cingallum etiam refutavit B. Calovius in Disp. Wittenb. An. 1680. hab. de Scriptura S. V. T. S. Trinit. revelatrice. Quibus adde Celeberrimi nostri DN. D. IO. GOTTLIEB. MOLLERI summariam detectionem impostularum Sandii, & Jo. Guil. Batierei Dissert. de Concil. Nic. 1. (ubi Sandio refutando adjunxit quoque Dan. Zwicker) ut & in dissertat. de Monarchian. Anti-Trinitar. (7.) Arminiani vid. Curcellaeus l. 2. Inst. c. 19. §. 9. ubi in Patre solo summum Deitatis fastigium reperiri assertur, eique prærogativam supra Filium & Spiritum S. assignat. & in dissert. 1. adversus Mares, satis declarat, se nullo modo admittere, ut Patri filio & Spiritus S. una & communis natura ac essentia divina tribuatur. Vide & de his prærogativis sentientes Episcop. l. 4. inst. Theol. scđt. 2. c. 3. p. 333. sq. Philipp. à Limborch, in Theolog. Christ. l. 2. c. 17. & 25. p. 107. sq. Contra quos vid. Magnif. DN. D. CHRISTOPH. ERANCKH, Theologi Kiloniensis disputatione. Exercitat. Anti-Limborch. Exere. 2. c. 7. p. m. 132. sqq. (8.) Ipsos Calvinianos vi hypothesum admo-

admodum eleganter hoc trahunt B. Affelmann. in *Syntagm. part. i. Disp.*
7. qu. 1. p. m. 105. sqq. & Cœleberrimus ille Theologus Greiffsovald. DN.
D. IAC. HENNING. Patronus noster summopere colendus, in *Disp.*
de Relig. Socinian. & *Calvin*, picinitate in artic. de Christo *Thef. 2.* (9)
 Nec procul ab Arminianismo hic absuit Henr. Nicolai, quando ita-
 dem prerogativam quandam Patris præ filio docuit. Vid. ipsius Me-
 thod. de Trin. *ib. 17. p. m. 18. ib. 20. p. 30. sq.* & in *Apolog pro Merb.*
Trin. ib. 40. p. m. 39. sq. ut &c in *Epit. Theol. l. 1. c. 4. ib. 2. p. m. 17.*
 Contra quem vid. B. Galov. in *Arminianism.* (o) Fanatici nonnulli,
 ut *Antoinette Bourignon*, quæ expresse in *Probier-Stein n. 17. divini-*
tatem Christi negat, & n. 94. dicit, Christum natum ex Adamo ante
Iapsum, vid. *Colberg.* im *Platonischen Hermetischen Christenthumb.*
part. 1. c. 10. n. 5. p. m. 408. & *part. 2. c. 3. n. 3. p. m. 287.* (11) Pertinent
 huic etiam hypotheses illæ, quæ probare conantur ad hunc articulum
 de divinitate Christi in conscientiâ nos non obligari. Quod Hob-
 besius voluit. Vid. *Frid. Spanhem. in Elench. Controv.* p. m. 627.
 Ut istiusmodi plures alios Divinitatis Christi hostes taceamus, quo-
 rum ex antiquitate admodum accuratum catalogum exhibet B. Mart.
Chemnicius in Loci loc. 2 p. m. 135. sqq.

Porisma II. *Preter hanc Naturam Divinam darur etiam adhuc*
quedam alia in Christo, nempe humana, per
quam verus quoque Homo est.

S. 1. *Humanitatem Christi Theologi potissimum duplice*
argumento probant. (1.) a partibus corporis humani. Quia Christus
 easdem habuit, easque tam *essentiales*, corpus nimirum & ani-
 mam: quam *integrales*, caput nimirum manus, pedes &c. (2.) ab
attributis humanis. Quia & illa habuit. Sic enim fuit visibilis,
 palpabilis &c. *Quo* etiam referuntur actus potentiarum, ut loqui
 doceri &c. & defectus ac infirmitates, quæ tamen absque vitio sunt,
 tam corporis, ut sitire, esurire, dormire &c, quam animæ, ut igno-
 rare aliquid pure negative, item lugere, contristari, & alio modo
 ethice moveri. Alii plura habent argumenta. Vid. B. Balth. Men-
 zer. *Tom. 1. Disp. Gieffens. Disp. 2. ib. 24 sqq. p. m. 28. sqq.* Quæ tamen
 adhuc duo commode reducuntur.

§. 2. Et pro eadem hâc Naturâ Christi Humana uti varia loca Scripturæ S. à Theologis passim adducuntur ad illam argumentorum classem, quâm modo recensuimus, referenda; Ita & dictum nostrum *Isaianum* unum alterumve ad probandum thesin nostram per bonam consequentiâ suppeditabit. Et quidem (1) pro partibus corporis Humani loquuntur haud obscure sequentia: (1.) quod in *humana formâ* hic fœs istat Salvator. Quod infallibile indicium est in V. T. *Messiam* aliquando verum Hominem futurum esse animal rationali, & corpore vero constantem. (2.) mentio sic vestimenti *Messie* v. 1. 2. 3. Quod in Exegesi hujus dicit cum B. *Sebast. Schmidio*, de *Carne Christi* futura explicavimus. Omnino enim hic sicutur Filius DEI in Carne ut veste inductus juxta carnem. Imo veniam illam ipsam *humanitatem* h. l. notare non absurdum esse dicit modo citat B. *Schmid.* in *Comment.* in b. l. p. m. 580. (II.) pro attributis humanis sequentia militant: (1.) *Visibilem* se Salvator sicut. Indicium erat, ipsum aliquando reverâ in carne suâ visumiri. Quid etiam factum: (2.) Loquitur ac docet in textu nostro ore suo. Quid in diebus carnis suæ præstitit Christus. (3.) dicitur *Obstupuisse* v. 5. Est affectus quidam humanus, qui revera Christum tempore passionis sua affecit. (4.) tribuitur ipsi in v. 4. *jus consanguinitatis*, dum nemini suorum, & quidem notanter talium, qui ex *consanguinitatis* *jure redimendi* erant. In quo respectu etiam *Coel* dicitur, de quo cap. 10. *Porism.* 3. egimus. Quæ omnia, si cum complemento conferantur, satis omnia probant verum Hominem Christum fuisse. Nos ita argumentamur: *Quicunque ut verum aliquem hominem se presentat, carnem humanam sibi tribuit, in visibili specie appetat, ore humano loquitur, ac docet, obstupuisse dicitur, quique homines consanguineos suos vocat, ita ut omnia etiam in complemento antitypico ita evenerint, quemadmodum in typo Propheticō hic prefigurata fuerunt, ille omnino verus quidam homo est. Argui Christus &c.* E.

§. 3. Contrariantur his nostris assertis (1.) *Saturninus*, quem *Epiphanius* & *Theodore*. *Saturnilum* appellant, qui docuit, *Christum non verum hominem fuisse*. Sed formam tantum humanam habuisse, vid. *Epiphan.* *Hær.* 23. *Theodore*. l. 1. c. 3. *Hær. Fab.* *Augustin.* *de Hær.* c. 3. & *Auctor. Praedestinati*, quem *Primus Jac. Sirmond.*

in Gallia edidit sub hoc nomine, ber. 5. Idem (2) statuit *Basilides*.
 Vid. Hieron. in *Dialog. adv. Lucifer.* (3.) *Valentinus* qui statuit, *Christum corpus cælestē babuisse*, quod per *Mariam uterum velut aqua* per *canalem*, nibil de ejus substantiâ assumens, transmeaverit. Vid.
Tertullian. de Prescript. c. 49. (4) *Valentini* asseclæ, & discipuli, ut
Heracleous, Marcus Marittarum seu Marcoſorum Auctor, Colarbaſius, aliique. De quibus Vid. Maxime Rev. DN. L. *Ictigius* in *Difſerat. consummariſſimā de Hareſiarch. evi. Apostoliſi &c. ſect. z. c. 6.*
 (5) *Marcion*, Vid. *Theodor. l. l. c. 24. Tertul. l. 3. adv. Marcion. c. 8.* (6) *Do-
 cetae*, seu *Docetae*, qui juxta *Gentianum Herpetum Clement. Alexandrin.* inter-
 pretem, si *Haloxio* in *not. ad c. 1. de vit. Serap.* Tom. 2. illuſtr.
Oriental. Eccles. Script. p. 862. fides habenda, dicti quidem sunt, qvod
 falsam visionem, seu phantasiā pro vera habuerint. Monet te-
 men incomparabilis ille seculi nostri Antiquitatis scrutator, modo
 laudatus celeberrimus DN. *ITTIUS*, cui multa studia noſtra de-
 bent, quod nunquam non grato pectore deprædicabimus, l. c. c. 10.
 §. 1. p. m. 184. ſe in *Basileenſi Clementis editione*, qvæ ex *Herveti* la-
 tinā interpretatione cum ejusdem Scholiis 1500. prodiit, nihil tale in-
 veniſſe; Sed potius *Docetas* docuiſſe, qvod *Christus corpus Phan-
 tasiūm assumerit*, ut in notis marginalibus prædictæ edit. ad libr.
 3. *Strom. p. 217.* legitur. Quæ p oſterior ſententia verior videtur Ce-
 leberrimo DN. *ITTIÖ*. Atqve adeo ab hac ſua doctrina nomen
 etiam habuerunt. *Theophylactus ad c. 4. Jo.* vocat eos *Phantasio-
 docetas*. Eosdem etiam *Antibropomorphos* ab *Ignatio in ep. ad Smyrn.*
 vocari, qvod Christi corpus ſpeciem tantum humanam reſerve do-
 cerent, putat *Stepb. Le Moyne in not. ad Van. ſacr. p. m. 499.* (7) *Ta-
 tianus*. Vid. Hieron. in *Comment. ep. ad Gal. T. 6. p. 157.* edit. *Ant-
 verp.* 8.) *Ervychiani*, qui ante unionem duas quidem naturas ad-
 mitunt, exinde vero *Humanam à divinitate proſus absorptam aſſe-
 ruerunt.* (9.) *Appollinaris*, qui *Ervychianis prælufiſſe dicitur*, &
Valentini Praeceptor fuit, de quō in peculiari disp. prolix egit DN.
Jac. Basnage in Dissertationibus Historico-Theolog. diſſert. 1. p. m. 42. ſqq.
 (10.) *Quakeri nonnulli*, de quibus *Auctor Histoire abregée de la
 Naissance & du Progrès du Korakerisme avec celle de ſes Dogmes
 chapitr. 6. p. m. 22.* ita: *Le premier cheſ, comme nous royezdu Koe*

akerisme attaque la Personne même de J. C. qu'ils nient être, ou
 avoir été un véritable homme composé de chair & de Sang. &c.
 Hinc non dubitant, scribere: Er ist nicht zugleich von oben her / und
 auch nicht zugleich von unten her/ nicht aus zweyen Naturen/ sondern
 nur aus einer. Er ist vom Himmel kommen / d. i. von Gott ausgan-
 gen/ mit nichts aber auch von der Erden/ &c. Vid. Monarchen. Spie-
 gel Præt. P. III. v. 9. 12. 13. Whitehead. Part. 2. vind. Angl. Christ.
 Quac. p. 94. p. 139. sqq. & p. 149. sqq. Christum quidem vocat Deus
 & hominem, sed Hominem Spiritualem, qui corpus tantum habuerit
 pro ueste, aut habiteaculo. Alius: Die Vorse Menschliche Natur ver-
 werfflich in dem Psul der Confusion, apud Figken in Hist. Fanat. p. 260.
 Alius mendacium vocat hoc dogma ibid. p. 266. Alii ex Quakeris
 iterum concedunt quidem Christi humanitatem; sed duplice eam
 singunt, alteram cœlestem, quam in Mariam intulerit, siveque jam ante
 incarnationem fuisse θεον volunt: alteram humanam
 quam in Mariâ assumerit. Ita Georg. Keitbus docuit ap. Gerard.
 Croësum in Histor. Quacker. l. 3. p. m. 440. sq. Ex quo dogmate variae
 ortæ turbæ in Anglia, vid. eund. Croëf. l. c. & l. 2. p. m. 384. sq. Sic &
 Caton, Schall der Wahrheit p. 16. Wer dgs Wort Gottes J. C. nicht
 bekennet/ das Er so wohl in ihm ins Fleisch gekommen/ als in der Zofr.
 Marien/ der ist ein Wieder-Christ. Idem etiam cum Quakeris docuit.
 Autoinette Bourignon im Probierstein n. 94. Vid. Dn. Collberg. im Pla-
 tonischen Hermetischen Christenthumb Part. 1. c. 10. n. 5. p. m. 408. Quæ
 tamen itidem probatis nostris repugnant, cum Christus tantum unam
 Naturam Humanam, non duas, assumserit, nec etiamnum habeat.
 Quakeris his jungimus etiam Jac. Böhmum Sutorem illum Gorli-
 censem. De quo vid. Collberg. l. c. Part. 2. p. 295. sq. Qem Böhmum
 sequitur ipsius assecla Chriſt. Amoureux, Petrus Mauritius, quemad-
 modum se vocat, in Compend. Von der Empfängnuß und Geburt des
 irredischen/ und andern Adams n. 75 p. m. 62. sq. ubi ita: Gott hat nicht
 das grobe Fleisch / welches an Adam ist per accidentem gehönen / ange-
 nommen/ und sich mit selbigen vereinigt/ dieweil solches irredisch war
 und an uns auch noch also ist &c. & n. 76. das äußere Fleisch ist irredisch/
 Viehisch und Weltlich unrein/ elementisch --- und das Fleisch des ins-
 tern Menschen/ welches ewig ist/ und solches ist Englisch/ und auch
 Leiblich/

Leiblich greiflich. Mit welch em Fleische sich Gott mit seinem Herzen
hd. v Centro in dem verheissenen Weibe wesentlich vereiniget hat ewig.
(11.) Refect huc etiam B. Affelm. in Syntagm. part. i. disp. 7. qu. 4. p. m.
no. sq. Flacium, cum Christum habuisse corpus docuit, seu Naturam
humanam alterius speciei, quam est nostra, adeoque aliam veritatem
corporis Christi esse, quam nostrorum &c.

Porisma III. *Duae ha[n]c nature ita sunt unitae, ut unam
constituant Personam unumque Christum.*

S. 1^a

Consideravimus hactenus duas Naturas in se, jam porto etiam
considerandæ sunt relati & quidem quatenus in Unione con-
veniunt. Unio vero hæc à Theologis duplíciter considera-
tur: vel ratione actus, vel ratione status. Priori modo dicitur
unitio, estque iransens ille actus, quo duas ha[n]c Naturæ secum invicem
fuerint unitæ, ac in una subsistentiâ ab aliis inconfuse coaluere, ita ut
persona aliis in subsistendo terminaverit Humanitatem, hæc vero
terminata, & ex divisione sicut erat facta fuerit, & Natura
Divina per παράχωσιν illam personalem totam totamq[ue] Humanae to-
tallitate scilicet & perfectione essentia communicaverit, siveq[ue] pervaserit, ac
perficerit, vid. König. Theol. Positiv. part. 3. §. 91. 92. Posteriori modo stri-
ctius dicitur unio, estq[ue] prioris Unionis nimirum effectus, denotans per
manentem illum statum, in quo jam dues ha[n]c Naturæ sunt, & in
eternum permanebunt. Et constitit in unius ejusdemque hypostase-
os participatione, seu communione, ac personali intimaque ac perpe-
tuâ Naturarum ad se invicem præsentia, juxta König. I. c. §. 105. Quæ
Unio, quomodo non *Naturalis*, nec *essentialis*, nec *accidentalis*: sed
personalis, non quidem ratio e termini ab quo, quasi dues personæ uni-
tæ, sed partim ratione termini in quo, quia dues Naturæ in una hypo-
stasi, quæ participantur in unitate: partim ratione termini ad quem,
quia unum illud, quod ex unione hac resultat, persona est, vid. Theolo-
gus passim. Inpr. autem de unione hac vid. Form. Concord. art. 8.

S. 2. Probant utramque tam Unionem, quam Unionem stri-
ctio sic dicta, variis argumentis Theologi. Nec desunt argumenta
in dicto nostro, in primis autem pro Unione stricta sic dicta, quæ
tamen

tamen unionem præsupponit. Sic enim (1.) unius ejusdemque hypostasios participatio satis ex eo probatur, quod v. i. Salvator dicitur incedere בְּרַכְתָּה in multitudine potentie sue. Quæ potentie nulla alia est, quam divina, in quâ etiam secundum Humanam Naturam incedere dicitur. Incedere autem actio est suppositalis, sequitur ergo Naturam Humanam, cum propriam subsistentiam non habuerit, eandem à Naturâ Divinâ habuisse. Quod omnino Unionem quandam arguit. Argumentor. Quacunque Natura in una hypostasi unam eandemque quandam actionem suppositalem edunt, illæ sunt personaliter unitæ. Atqui divina & humana Christi Natura &c. E. (2.) Naturarum intima ac mutua præsentia itidem ex hoc ipso probatur, uti & adhuc ex pugnâ illâ, in quâ Humana Natura non fuit absque divina, nec divina absq; Humanâ. Sine Humanâ enim vestimenta polluere, obstupescere ac laborare non potuisset. Sine Diuinâ tam potenter vincere non potuisset. Ex quo rursus sequitur, omnino unionem qvandam admodum arctissimam hic fuisse, Arguo: Ubi una Natura est ubi & altera est, ac utraque agit cum communicatione alterius, ibi mutua quedam est præsentia, & per consequentiam quædam Unio. Atqui H. N. est ubi divina, & contra &c. E. Una autem tantum hanc esse unionem, adeoque, unam tantum personam, unumque Christum, patet ex eo, quia unius tantum suppositi mentio occurrit. Sic enim Ecclesia unam tantum alloquitur personam, non duis. Et Salvator in una etiam duntaxat respondet personâ. Sic enim dicit: **UN**Ego, non: nos &c.

¶ 3. Notanda hæc sunt (1.) contra Judeos. Quibus tamen istiusmodi unio adeo aliena videri non deberet, cum Raschi Gen. 19. v. 18. satis ostendat, veteres Judeos agnoscisse, Deum ipsum speciem hominis assumisse olim, ut in corpore quodam coram cum hominibus loqueretur. vid. Constantin. L' Empereur in annotat. ad paraphrasi Jacobiae in Dan. ad c. ii. v. 38. p. 248. Conf. & adversus hos Raymund. in pug. fd. part. 3. dist. 3. c. i. n. 10. p. m. 634. sq. & Hoornbeck de convincend. Jud. l. 5. c. i. p. m. 872. sqq. & Christ. Gerson. im Jud. Qa III. part. 2. c. ii. p. m. 417. sqq. (2.) Nestorium, qui vulgo dicitur docuisse in Christo incarnato esse duas personas, sicut sunt in eo duas Naturæ, Quod tamen monente B. Chereniti. in Locis loc. 2. p. m. 189. sq. non ita intelligendum est, quasi tam crassus fuisset Nestorius, ut senserit in Christo

in Christo esse duas personas, Ipse enim dicit in sua Confessione, unum esse Christum, aufer, inquit, omnem sufficionem dualitatis filiorum & De-
minorum. Sed hunc errorem ipsius fuisse, sicut ex Concilio Ephesino,
& Cyrillo colligit, quod illas voces, qua prædicantur in scriptura
de Christo ita divisorit, quasdam dicens convenire Homini Christo:
Quasdam Christo Deo. Dixit enim: *Homo Christus nascitur, non Deus*.
Nam Scriptum est: *Ego Deus & non mutor*: Et homini Christo nascenti
dicebat *adesse Deum*, sicut Spiritus S. ad est Joanni B. nascenti &c. In
universum ergo negavit communicationem idiomatum, de qua mox, ad-
eoque Naturas in Christo separavit. (3.) Contra Calvinianos, hac in thesi
Nestorianizantes, dum unionem tantum παραστατικὴν, non ὑπερα-
τυχην̄ docent, eamque inconvenientibus similibus illustrant. vid. ex re-
centioribus Christoph. Wittichiu in Theolog. pacif. c. 16. n. 229. p. m.
200. sq. & n. 231. p. m. 202. sq. & in append. contra indic. Controv. Maresii
ad Q. 151. 152. seqq. p. m. 98. seqq. Francisc. Burmann. in Syntagm. Theol. c. 8.
§. 14. & c. 9. Petr. Alilinga in Decad. Erotem. 32. seqq. Et qui Wittich. se-
quitur Jo. de Truneborg. in Schediasm. Epist. ad Thom. Gauter. p. m. 21.
Erid. Spanhem. in Elench. Controv. p. m. 376. seq. ubi unionem quidem
concedit, communicationem tamen idiomatum negat. Quod iti-
dem Nestorianum est. vid. contra Calvin. B. Caloy. in tr. de persona
Christi sect. 2. princip. controv. 1. 2. & 3. p. m. 78. seqq. (4.) contra Ne-
storianos illos, qui adhuc in *Gracia* degunt, & duos statuunt filios
amore vel inhabitatione unitos, filium nempe *Dei*, & filium *Marie*,
quamvis una tantum persona visibilis unus Christus & una filiatione ap-
parens &c. de quibus vid. Sr. de Moni. s. (ut alias se vocat) Richard.
Simon in *Histoire Critique de la creance & des coutumes des Nations*
du levant. Chapitr. 7. p. m. 83. seqq. Quibus etiam Christianos de S.
Thom. adjungit c. sq. 8. vid. & Spanhem. in Elench. Controv. p. m. 466.
& Edoard. Breverwod. in Seruiri. relig. c. 10. p. m. 83. & c. 11. p. m. 88. (5)
Contra Socinianos. vid. Cateches. Racov. maj. de Persona Christi. c. 1. qui.
53. 94. Socin. frmgm de Christ. Natafol. 17. ubi putat, rem esse absurdam
& lance rationi plane contrariam, & in DEUM blasphemum Deum esse
bominem factum. Et ex recentioribus Author Anglici tractatus.
Brief Notes on the Creed of St. Athanasius. Quem ex hypothesis
suis refutavit Wilhelm. Scherlok. in Vindication of the holy & ever
Blessed

blessed Trinity and the incarnation of the son of God. *Sel.* 7. p. 267. Ex Nostris contra Socinianos hic vid. B. Scherzer. in *Colleg. Anti-Socin.* Disp. 45. p. m. 414. sqq. & B. Calovi. in *Socinism.* prof. *Sel.* 6. Qu. 1. 2. p. m. 278. sqq. Ex Calvinianis etiam Nicol. Arnold. in *Relig. Socin.* ad loc. cit. *Catecheses.* Racov. p. m. 273. sqq. (6) Contra Arminianos, ut *Curcellaum*, qui l. 5. *Instit.* c. 6. §. 9. negat, unionem duarum Naturarum in unius Natura ab altera indistinctia consistere, & Liberviam a S. Amore, qui in epist. Theol. propos. 4. unionem personalem describit per nudum consensum, cum quo ex Pontificiis Thomam Bonaventuram Nordtanum Anglum in Concord. sciente. cum fid. l. 4. p. 223. sqq. qui per operationem & cooperationem instrumentalem describit, convenire putat insigne illud quondam Academie Nostræ Ornamentum, quod deplorare nunquam desinemus, B. D. SCHOMERUS, Preceptor ac Patronus olim noster colendissimus, in Disp. de differ. Union. person. & Mystic. *Sel.* 3. §. 5. (7) Contra Bezan, qui duplicitem unionem personalem statuit, alteram corporis & animae, alteram Divinae & Humanae Nature, refutat a B. Affelmann. in *Syntagma* l. c. qu. 5. p. m. 121. Cujus erroris etiam Wittichium incusavit Maresius in indic. *Controv.* qu. 156. Contra quem se defendit Wittich. in *Append.* ad *Theol. Pacif.* p. m. 101. Sed nescio, an quis Wittichium a suspicione has liberum pronunciaverit, qui legerit verba ipsius in *Theol. Pacif.* c. 16. §. 231. p. m. 203. Ubi expresse ita loquitur: *Unio hypostatica & personalis utique est dicenda unio inter duo, qua sic unita constituant personam. Atque inter animam & corpus est talis unio inter duo, qua si ut sic unita constituant personam humanam.* Ergone neganda erit esse hypostatica & personalis, quia naturalis est &c. Qua tamen sunt absurdissima, duosque faciunt Christos, recte monente B. Affelmann. l. c. (8.) Contra Quakers, qui partim terminos Unionis personalis duarum naturarum rejiciunt, ut Whitehead l. c. p. 141. Conf. Wil. Penn. *Quakerism.* N. w. Nickname p. 158. sqq. quos terminos & Christ. Hoburg rejicit im unbekanten Christo c. 5. n. 4. p. m. 20. partim duplicitem humanam Naturam fingunt, ut supra monuimus, sive que varios passim Christos numerant. Quintuplicem Christum Barclajum fingere probavit B. Holzhausen/ in *Anti-Barclai.* p. 531. Quæ tandem huc redeunt, ut inter Christum internum & externum distinguant. Inde frequens Hoburgio formula, Chri-

Christus ist unser Mittler dem Verdienst nach für uns/dem Geist und der Kraft nach in uns/ in Pöbill. Myß. P. 1. Dom. t. Epiph. p. 201, Conf. 48. 208. 245. 249. 279. P. 2. p. 140. Quique hoc mysterium recte intelligit, illum Pascha manducasse dicunt, h. e. carnem suam immolasse sed; ipsum Christum fecisse, videlicet. Author Histoire abregée de la Naissance & du Progrès du Kovakerisme Chapit. 5. p. m. 18. sqq. Contra quos videlicet. Magnis. Dn. D. Jo. Georg. Neumann. in Synops. Error. Fanat. quos Tremuli Moderni sponent Disp. s. thes. 3. Maxime Rev. Dn. D. Henning. Jo. Gerdes Presul. Wismariensis meritissimus in Disp. inaug. de Enebusiasmo c. 3. S. 18. Dn. Colberg. im Platonischen Hermetischen Christenthum Part. 2. c. 5. n. 6. p. m. 294. sqq. Quem scilicet Iac. Bobme hac de unione loquatur videlicet. Dn. Colberg. l. c. p. 295. sqq. Cui Böbmio jungimus ipsius alleclam Christ. Amoureux s. Mauris. in Compend. Von der Empfängniß des ersten und andern Adams. n. 74. & 76. p. m. 62. 63. ubi unionem hanc non Personalem. Sed modo spiritualem modo essentialiem vocat. &c.

Porisma IV. ex Unione sequitur (1.) Communicatio proprietorum.

§. 1.

Fuit ex Unione personali communicatio duplex: Altera Naturarum est, altera idiomatum. Illa est, qua dicitur *περιχώσεως* vel compresentia intima, de qua supra egimus Por. Preced. §. 1. De hac in presenti agimus. Et est attributorum alterius Naturae in Persona Christi alteri facta communio, & quidam reciproca, quatenus nimis humana dicuntur de DEO, & vicissim divina enunciantur de Homine Christo. Non tamen unus idemque modus reciprocæ hujus communicationis est. Nam humanæ naturæ proprietates vere & realiter de Deo quidem in concreto, non autem de Divinitate in abstracto enunciantur. Habent quidem Theologi nonnulli istiusmodi locutiones. E. gr. *Deitas est passa*. Quæ quamvis quidem aliquando sobrie explicari possit; nos tamen cum non sit biblio-
ea, malamus ab eadem cum B. Affelman. in Synt. P. 2. Disp. s. tb. 60. sq.
p. m. 101. abstinere. Conf. & B. nostrum D. SCHOMER. in Disp. de Passione Jesu Christi §. 8. Contra vero Divine Nature idiomata non solum Homini Christo in Concreto; sed & humanitati in abstracto differ-

te in scripturis attribuuntur (intellige abstractum Personæ.) Cujus diversitatis ratio est, quod Naturæ ipsæ sint diversæ. Primum enim aſſumentis est dare; aſſumti vero est accipere. Deinde divinitas ſimpli- citer est immutabilis, & proinde ex unione nihil ei accedere potest. Hu- mana vero Natura propter naturalem infirmitatem ſive indigentiam in meliorem ſtatum transferri, & in ξενωνας realem Majestatis Filii Dei evehī & exaltari potuit. Vid. Leonb. Hutter. in Explic. libr. Christ. Concord. ad art. 8. p. m. 772. De termino communio vel communica- tionis. Vid. B. Chemnit. de duab. Nat. in Chr. c. 12. in init. p. m. 155. sq.

S. 2. Inſinuat̄r hac communicatio idiomatum in texu noſtro quando p. i. mentio fit potentia, ejusque multæ. Quæ verba in Exe- gesi noſtra cum B. Sebaſt. Schmidio, de communicatione idiomatum explicavimus. Idemque ferme dicit, quod Apoſtolus innuit Coloff. II. 9. Nos ē texu noſtro ita arguimus: Quæ caro in potentia divina incedit, illa omnino communicata babet idiomata divina. Atqui Caro Chriſti &c. E. Quæ Potentia divina innuit omnia omnino attri- buta divina, quæ alias Theologi uno homine Majestatis nempe efferre ſolent. In Deitate enim nulla datur ſeparatio, ſed attributa omnia cum interſeſe, tum cum eſſentia Divina ſunt unum. Quanquam in modo praedicandi deinceps diſtinguendum fit (1) inter attributa cū ſe q̄ndam, quæ ē ſe q̄ndam per humanitatem non exerunt: & ē ſe q̄ndam, quæ exerunt. (2) inter communicationem mediatam & immediatam. Attributa ē ſe q̄ndam competunt Humanæ Naturæ immediate. Ave- ſe q̄ndam vero mediate, mediante ſcil. aliquo alio attributo ē ſe q̄ndam. Sic enim communicata hæc Omnipotentia, Omniscientia, Omnipreſen- tia &c. nulla alia quam eterna illa increata, infinita, & Divinitatis propria Omnipotentia &c. De quibus, ut & de quolibet attributo in ſpecie reliquaque huc adhuc ſpectantibus vid. Theologica Systemata paſſim. Quod autem contra divina Naturæ appropriaverit ſibi hu- mana idiomata probant Theologi ex eo, quod corpus animatum cum proprietatibus ſuis, ut viſibile eſſe, audire &c. appropriate expreſſe dicatur. Idem & textus noſter innuit. Cum Persona illa, quæ in robore illo ariuno incedebat, dicitur viſa, loqui, obſtupescere &c. Quæ omnia in Chriſto tempore carnis ſuæ fuere impleta.

S. 3. Notanda hæc ſunt contra illos, quos in preced. Por. ob- ſerva-

servavimus, & in primis contra Calvinianos, qui expressis verbis communicationem hanc idiomatum negant, vid. inter alios Theologorum Palatinorum Erläuterung vom Concordi-Buch c. 9. n. 17. 18. p. m. 536. sqq. Confessio Ernesti Friderici Margraffii Badensis, qua habetur in scriptis Stafforticis p. m. 458. sqq. Acta und Schriften zum Concordien-Buch gehörig/darin zwischen dem Fürstlichen Braunschweigischen und Württembergischen Theologen gestritten wird. error. 1. lit. a. 3. Ex recentioribus Elias Grebnitz im Unterricht von der Reformirten und Lutherschen Kirchen. c. 5. §. 3. sqq. p. m. 126. sqq. Spanhem. l.c. Aliique plures. Contra quos vid. B. Calov. in tr. de Person. Christ. Controv. 4. p. m. 193. sqq. B. Grauer, in Aburd. Calvin. c. 2.p.m.103. sqq. B.L. Baltb. Rbau in Angel. Tenebrar. c. 4.apod. 4.sqq. §. 329. sqq. B. Jo. Meissner. in Exam. Catechism. Palat. Disp. 24. qu. 34. §. 2. sqq. p. m. 386. sqq. Et qu. 35. p. 404. Et Disp. 26. §. 20. p. m. 483. Theolog. Wurtemberg. im beständigen und gründlichen Vericht. Contra scriptum Stafforticum, p. m. 634. sqq. Calvinianis nimis hic sacer Calixtus, qui determinare hic nihil vult, vid. Ejusd. Epit. Theol. in artic. de commun. id. p. m. 99. Et in Disp. de Ubiquitate §. 43. & in tract. de precip. Christ. relig. capp. Disp. 3. n. 25. p. m. 43. attributa divina eti de Christo homine recte prædicentur, ipsi tamen ejus Humanæ Naturæ communicata esse aut de ea prædicari posse negat. Quod & facit Dreierus in der Erörterung p. 403. Ita & Calixtus in judicio de Controvers. inter Luther. & Reform. §. 37. attributa divina competere quidem humanæ Naturæ docet; sed non nisi per extrinsecam denominationem. Idem docent Theologi Rintelenses in Relat. Colloquii Cassel. n. 6. & Epist. Apolog. p. 11. & Joach. Hildebrand. in Theolog. Dogmat. c. 13. §. 7. p. m. 405. Contra quos vid. B. Calov. im Wiedershahitten Consens. artic. 3. punct. 5. p. m. 61. Et in Harmon. Calixtin. Calvin. in artic. de Christ. p. 35. & B. Quensted. in System. Theol. Part. 3. n. 3. membr. i. Sect. 2. qu. 10. p. m. 161. sq. A Calixtinorum partibus non multum abest Dn. Puffendorf. in jure feciali div. s. consensu Protestant. non ita pridem post mortem ejus edit. §. 46. p. m. 152. sqq. ubi puer lites de communicatione idi. marum elidi posse, si intra simplicitatem subsistatur. Bene quidem; sed perinde est, ac si dixeris, cessaturas controversias, si homines a controvertendo cessarent Non male observante. Audiere Epistol. ad amicum super exercit. post. Sam. Puffendorfi p. m.

lo. Sunt enim multi termini introduci, quas propter Calvinianos abrogare nequimus.

Porisina V. Ex Unione hæc sequuntur (2.) Prædicationes.

S. I. Prædicationes ex Unione fluentes duplices sunt generis; alia immediate ex eadem fluunt, & dicuntur *personales*: Aliæ mediate, mediante scilicet communicatione idiomatum, & dicuntur *idomaticæ*. Personales iterum sunt duplices generis, alia ex unione fluunt, alia ex unione. Illæ respiciunt ipsum unionis actum, suntq; ut facillimis effaramus, tales prædicationes, in quibus *λόγος* dicitur *assumisse carnem*, stat ergo loco subiecti Persona *αὐτὸν* s. *simplex* i. e. *λόγος*, loco prædicati vero stat *Natura Humana* & quidem ut *αὐτός* considerata. Quales prædicationes sunt: *Verbum caro factum* Jo. 1. v. 14. *Deus manifestatus est in carne* I. Tim. 3. v. 16. *Filius Dei particeps factus est carnis*, item *assunxit semen Abrab.* Ebr. 2. v. 14. 16. Prædicationes vero *personales* ex unione fluentes respiciunt *actum*, in quo duæ Naturæ jam sunt & in æternum permanebunt. Distinguunt hæc B. Jo. Olearius in continuat. *Isagog. Carpz.* in libr. *Symbol.* *Sedl.* 7. art. 8. *thes.* 9. *Observ.* 7. p. m. 1505. in tres classes. (1.) Quando *Concretum Personæ* prædicatur de *Concreto Personæ*, ut: *Iesus est Immanuel* Matth. 1. v. 21. 23. *Ela.* 7. v. 14. (2.) quando *abstratum Personæ* late sic dictum i. e. una *natura* cum connotatione hypostaseos de *Concreto Personæ* dicitur, ut: *Christus est Deus* Rom. 9. v. 5. *Mattb.* 1. v. 1. (3.) quando *Concretum Natura* de *Concreto Natura* prædicatur, ut: *DEUS est Homo, Homo est DEUS*. Quæ ut eo melius intelligantur, termini occurrentes explicandi breviter sunt. Sunt hi *Concretum* & *abstratum*. *Concretum* & *abstratum* alias in Logicis distinguuntur ut *Natura* cum *subjecto* & *absque subjecto* considerata. In hæc autem presenti materia *Concretum* est vel *Personæ* vel *Natura*. *Persona* iterum est vel *simplicis*, vel *compositæ*. *Simplex* est talis terminus, qui exprimit unam saltem *Naturam*, cum sua subsistencia, quæ est divina. *Humana enim propriam subsistentiam non habet*. Et est hoc *Concretum Personæ* *simplicis* *subjectum* prædicationum personalium ex unione fluentium. *Concretum autem Personæ* *compositæ* est talis terminus, qui utramque simul *Naturam* exprimit, sep̄ qui *Personam* cum utraque *Natura* exprimit: ut *Christus, Mediator, Jesus, Χριστός* &c. *Concretum Natura* est talis terminus, qui alterum

trahit

item saltem naturam exprimit cum connotatione tamen hypostaseos, in qua subsistit, sive, cum persona denominatur ab una saltem Naturæ. Et quidem si a divina, dicitur *Concretum Natura divina*, ut: *Deus*, in unione nimirum spectatus, s. ille, qui simul Homo est. *Filius Dei* &c. si ab Humana, dicitur *Concretum Natura Humana*, ut: *Homo*, intellige talis, qui in subsistente τὸ λόγοι subsistit. *Concreto* huic opponitur *abstractum*, quod rursus duplex est: vel *Personæ* vel *Nature*. Illud vel propriæ dicitur, quando formale solum ut: *Personalitas*, consideratur, vel *late*, quo exprimitur *Natura* alterutra cum subjecto, coincidens cum *Concreto Natura*, & quidem quoad exempla, quamvis in resolutione Thœologi differentiam aliquam obseruent, cum quatenus *abstractum personæ* sit, personam *principaliter* notet, *secundario* naturam. Quatenus vero *Concretum Natura* sit, *principaliter* naturam *secundario* Personam exprimat. Denique *Abstractum Natura* est talis terminus, qui *Naturam* sine connotatione hypostaseos significat ut: *Deitas* absolute spectata prout tribus Personis communis, & *humanitas* in prædicato prædicationum unitio[n]is. Differunt vero Prædicationes hæc ex *Unione* fluentes ab illis ex *Unitione* in hisce: (1.) ratione terminorum. In *unitione* subjectum *Concretum Personæ simplicis*, in *unitione Personæ compositæ* est, (2.) ratione copulae, per quam facilissime dignosci poterunt. In *Unitione* sit prædicatio per τὸ fieri vel *assumere* vel ejus quid analogum? At in *Unitione* sit prædicatio per copulam: e.g. vñ. plura de his prædicationibus ap. B. Balch. *Meisnerum in Phisof. Sobre Part.* 1. *Scl. i.c. 5. qu. 9. 10. 11. p. m. 274. sqq. Part. 2. *scil. 2. c. 2. qu. 7 p. m. 604. sqq.**

B. Grauer, in *Absurd. Calvin. c. 1. B. Jo. Olear. l. c. p. m. 1503. sqq. B. Chemnit. de duab. Nat. in Cbr. c. 5 p. m. 70. sqq. B. Dorfcb. in *Pentad. disf. 5. c. 10. sq. p. m. 214. sqq.* & *Systemata Theologorum* passim.*

§. 2. Prædicationes idiomatæ sunt, in quibus idiomata prædicantur, quæ hic aliquantulum latius sunt sumenda, ut præter idiomata stricte sic dicta i. e. attributa & proprietates, actiones etiam & Passiones τεογνata & ἀωτρελέστυata sub se comprehendant. Et in tria genera dispescuntur a Thœologi, quorum primum est, quando loco subjecti sit *Concretum* vel *Personæ* vel *Natura*, ejusque modo *Divine modo humana*: loco prædicati vero *idioma* vel *humanum* vel *divinum*, cum determinationibus suis, quæ sunt particulae illæ; secundum, quæ, quatuor-

nus, ratione &c. Tresque primum hoc genus habet species, quarum pri-
mas vocatur *ā viridosis*, quando subjecti loco stat *Concretum Personæ*,
& *predicati* loco *idioma* tam *divinum* quam *humani* e. gr. *Christus*
est ex patribus secundum carnem Rom. 9. v. 5. Ibi subjectum est *Chris-
tus Concretum Personæ*, utramque enim Naturam exprimit. *Praedi-
catum esse ex Patribus* est *idioma humanum*. Sic & *divina* de hoc
Concreto in hac specie *praedicanter* e. gr. *Iesus Christus berit & hodie*
i. e. ab aeterno Ebr. 13. v. 8. &c. Secunda Species est, quando loco subjecti
stat *Concretum Nature Humana* & loco *predicati* *idioma divinum*, &
vocatur *κονσερβατωρ τῶν θείων*, e. gr. *infans latens est creator & conser-
vator mundi*, nempe secundum *divinam Naturam*. Tertia species
dicitur *idiotolysis*, quando loco subjecti stat *Concretum Nature divi-
na*, & loco *predicati* *idioma humanum* e. gr. *Deus sanguinem effudit,*
nempe secundum *humanam naturam*. Alii addunt adhuc quartam
speciem, qua loco subjecti stat *Concretum Nature Humana* & loco
predicati *idioma humanum*. Et quintam, in qua loco subjecti stat
Concretum divine Nature, & loco *predicati* *idioma divinum*. Non
incongrue. Etsi enim in hisce *prædicationibus* *prædicatum* & *subje-
ctum* sibi videntur naturaliter convenire, quia tamen semper tota Per-
sona *Θεού Θεων Θεοῦ* in *subjecto* intelligitur, ab utra etiam *natura* de-
nominetur, semper *communicatio idiomatis* *prædicati* alieri *naturæ*
facta intelligitur. Conf. celeberr. quondam *Theolog.* B. *Dan.* *Lagum*
in *Exam. tripl. Confess. Marchic.* *Lips.* & *Thor.* part. *sec. c. 2. posit. l.*
§. 6. p. m. 122. Secundum Genus est *majestaticum* illud, in quo loco sub-
jecti stat modo *Concretum Personæ* modo *concretum Nature humana*
(non item *divina*) modo *abstractum*, & quidem *Personæ*, loco *predi-
cati* vero stant *ā χρήματα* & *idiomata divina*. E. gr. *Christus secun-
dum Humanam Naturam est omnipræsens, omnipotens &c.* Differt &
secunda species primi generis potissimum in eo, quod ibidem *divina* *idi-
omata* spectentur in *se* & *forma'icer Deitatis*, hic vero considerantur
communicative, *carni propter unionem* *competentia*. Ibi subjectum de
quo enunciantur *idiomata*, est *āνθροπος seu nativum* hic est *āλιτρος sic*
secundarium. Per quæ hæc duo genera facile dignosci poterunt. Deniq;
e. *retrum genustales continet prædicationes*, in quibus loco *subjecti* stat
modo

modo *Concretum personæ*, modo *Concretum Nature*, vel *Divina* vel *bu-*
mansa, modo *abstractum personæ*: loco *predicati* stant *apotelesmata*, quæ
 sunt *effecta officia* *virtusque Naturæ*. Dicitur hoc genus à primo,
 in quo *operationes unius tantum Naturæ* vel *divinæ*, vel *humanæ* præ-
 dicantur. Hic autem prædicantur *Operations*, ad quas *ambæ naturæ*
 concurrunt, ut *quælibet agat*, quod suum est, sed cum *communicatione*
 alterius, & proprio nomine *Apotelesmata* vocantur. Vide de his prædi-
 cationibus *idiomaticis Form.* *Conc.* art. 8. p. 770. sqq. B. *Chemnit.* l. c. c. 12.
 13. usque ad c. 28. B. *Affelmann. Syntagma. Part. I. Disp. 7. qu. 7. p. m. 126.* & *Disp.*
 9. tb. 48. sqq. p. m. 157. B. *Jo. Olear. in contin. Iag. Carpz. in l. b. Symb. l. c.*
 p. m. 1509. sqq. B. *Kesler in Logic. Photin. Exam. Sezt. 3. princip. 1. p. m.*
 175. sqq. B. *Balb. Meissner. in Philos. Sibr. Part. I. l. c. qu. 12. p. m. 303. sqq.*
 B. *Jacob. Martin. in partit. Theol. Disp. 15. §. 25. sqq.* B. *Leonb. Hutter.*
 in explicat. libr. *Christi. Concord. artic. 8. p. m. 775. sqq.* B. *Dannhauer.*
 in *Christioph. Sezt. I. artic. 4. p. m. 77. sqq.* & in *Hodof. Phænom.* 8. p. m.
 646. sqq. B. *Scherz. in System. Loc. 8. §. 15. p. m. 194. sqq.* B. *Dorsch. in Penta-*
dec. l. c. §. 32. sqq. p. m. 218. sqq. aliosque *Theologos* passim.

§. 3. Quantum textum nostrum attinet, tum ex eodem istiusmo-
 di prædicationes tam *personales* quam *idiomaticæ* per consequentiam
 haud illegitime probari poterunt. Et quidem (1.) *Personalis hæc*: Deus
 est homo, latet in eo, quando Salvatori tribuitur *vestimentum*, quod de
 carne ipsius explicavimus. Arguimus. *Quicunq; habet carnem, ille ho-*
mo est. Atqui Deus habet carnem. Ergo Deus homo est. (2.) *Personali-*
sis hæc: *Homo est DEUS*, latet in eo, quando Christus in *robore multo*
divino dicitur *incedere*. Hinc argumentum Q. in *robore divino ince-*
dit, ille est Deus. Atqui Homo &c. E. Homo est Deus. Sic & *idiomatica*
 quædam optime ex hoc textu probantur. Et quidem in *primo genere*,
 quando v. 3. dicit Christus: *Ego pollui vestimenta mea.* Ergo Christus
 secundum carnem *vestimenta sua polluit*. Ubi loco subjecti stat *Concre-*
tum Personæ, loco *predicati*, *idioma humanum*, sicut probat *primam*
speciem. Ex *incepsu illo in robore divino* poterit etiam probari *secunda*
species, omnino enim ex eo sequitur, quod *filius Maria secundum divi-*
nam suam Naturam sit creator & conservator omnium. *Tertia spe-*
cies ex v. 3. probari poterit, ubi dicitur *Torcular calcasse*. Ex quo
 omnino sequitur, etiam Deum esse passum &c. Secundum Genus majestati-
 tium

ticum illud aperte probari poterit ex robore illo divino v. i. *Carnē Christi* communicato. Ex quo omnino sequuntur prædications hæc: *Caro Christi est omnipotens, omniscia, omnipræsens &c.* Denique etiam tertium genus probari poterit ex eo, quando Christus dicit: v. i. *Ego sum qui de Justitia prædico.* *Eo magister sum ad salvandum,* & v. 4. *Annus redimendorum meorum venit &c.* Ex quibus hæc sequuntur prædications: *E. Christus est Propheta, Christus est Salvator & Redemptor mundi.*

§. 4. Notanda hæc sunt contra illos, qui *Unionem personalem, & communicationem idiomatum* negant, quos jam supra indicavimus. Quibus addic hic allœfin illam Zwinglianam pessime prædications confundenter. Contra quam inter alios vid. inpr. *Form. Concord. art. 8. p. 770. sqq.* item etiam notamus hic illos, qui prædicacionem hanc: *Unus ē trinitas est passus,* condenmarunt, quod fecit Hormisdas Papæ. Quæ tamen pertinet ad primi generis tertiam speciem. Cujus Controversiæ Historiam vid. ap. Baron. T. 7. *Annal.* ad. A. 519. n. 80. sqq. *Forbes in Instrucl. Histor. Theol. l. 3. c. 21.* quam nupere Henric. Norisius in *Histor. Dissert. de Uno ex Trinit. Carne passo Rom. A. 95.* edit. & Vener. A. 96. recus. prolixè descripsit. Vid. & B. Dannabauer. in *Christoph. Sch. l. art. 3. §. 27. p. m. 66. sq.* Joscb. Hildebrand in *Theolog. dogmat. c. 13. p. 6. p. m. 397.* ut antiquas alias Controversias hæc vice faciemus. Quas Vid. ap. *Calov. in tract. de Personâ Chri. Controv. 4. sqq.* p. 193. sqq. aliosque Theologos passim.

CAP. III.

DE OFFICIO CHRISTI.

Porisma I. Christus verus est Propheta.

§. I.

Ita enim expresse se vocat Christus in textu nostro loquentem de *Justitia & modo salvandi:* Argumentum est: *Quicung loquitur de modo iustificationis, & de Justitia, ille est Propheta.* Acqui Christus. E. Major prob. ex eo, quia munus Prophétarum erat annunziare voluntatem Domini de hominum salute! In quo etiam officium Christi quoddam consistere debebat. Vid. *Esa. LXI, 1. 2. 3.* collat. cum *Luc. IV, 18. sqq.* Ringer habetur in textu.

§ 2.

§. 2. Consistit ergo Officium hoc Christi Propheticum formiter in sufficientissimâ illâ Voluntatis Divinae annunciatione. Quamvis alii, qui accusatores volunt esse, Officium hoc in casu reello non per annunciationem, sed potius per annuncandi obligationem definiant, ita ut annunciatio voluntatis divinae ex officio Prophetico fluat, tanquam proprius effectus. Quoniam autem accidentia varie specificantur, ut modo genus ipsum, modo objectum, modo subjectum pro forma sit, potest etiam in annunciatione hâc Officii Prophetici forma ponî. Speciatim vero hæc annunciatio se exeruit in predicatione Evangelii & veræ legis interpretatione. Vide Theologos passim.

§. 3. Notamus hic præ aliis Socianos, qui putant, officium Christi Propheticum etiam consistere in Legis auctoritate. Contra quos vid. B. Scherz, in Colleg. Anti-Socin. Disp., 49. p. m. 361. sqq. B. Dn. D. Walther, in pec. Disp. de Nov. legislatore Arnold, in Relig. Socinian. p. m. 354. sq.

Porisma. II. Christus est Sacerdos, qui revera ac plena ratione pro nobis satisfecit.

§. 1. Consistit Officium Christi Sacerdotale in his duabus partibus: (1.) in satisfactione (2.) in intercessione. Jo. Claudius in les Oeuvres posthumes Tom. 3. p. 43. sqq. addit tertium actum, nempe Benedictionem, cuius etiam meminit B. Dannb. in Christosoph. Sect. 2. art. 1. §. 8. p. m. 145. Qui tamen in Hodos. p. m. 694. gemini tantum actus meminit. Quæ etiam Communis Theologorum nostrorum est distributio Scripturam. Quemadmodum etiam Sacerdotis officium in V. T. possimum in his duobus positum fuisse Sacer Codex docet (1.) in oblatione Sacrificii (2.) in intercessione, ut Deus suo populo bene cupere, & delista condonare vellet. Qualem collationem inter utrumque Sacerdotem V. nimirum & N. T. pererudit instituit Magnif. Dn. Jac. Henning, in Disp. de Locutionibus quibusdam nuper in dubium vocat. Conf. & B. Dannbauer, in Hodos. Phænam. 8. p. m. 677. sq. Quo prolixior est Jacob Rhenferdinus, qui nuperime in Belgio edidit Expiacionis anni versarie Pontificis Maximi in V. T. cum unica æg. eterna expiarione J. C. comparisonem nove editioni tr. Talmud. Ioma Rob. Sheringham, annex Quod & fecit Henricus Hammondus Theologus Anglus in Carthesim. Pract. l. 1. p. 9. sq. sed duplex inde format Christi Sacerdotium,

alterum nimicum Aaronicum, alterum Melchisedecianum. Illud in *Sacrificio* pro peccato in terra quondam peracto ponens: *Hoc in benedictione nostra, & laudibus Deo Patri dicitis.* Illudque transitorium facit hoc perpetuum, quod ab ascensione Christi in coelum incipiat. Sed absque necessitate ac fundamento. Cum Scriptura tantum unius Sacerdotii Christi meminerit.

§. 2. Textus noster in primis partem illam priam *Sacerdotis Christi satisfactionem* nempe expresse probat. (1.) Quando Christus v. 4. dicit: *Annus redimendorum meorum venit.* Ergo Christus noster est redemptor: Arguo: *Quicunq; nos redemit, ille etiam pro nobis satisfecit.* Atqui Christus &c. E. Maj. prob. Quia ΗΝΣ significat talem redemtionem, qua sit per interveniens pretium, sive satisfactionem. Et satisfactione à Theologis etiam per Redemtionem exprimitur. Nec aliter differunt, quam *alitus, actus, finis.* Eum in finem Christus satisfecit, ut nos redimeret. Omnino igitur sequitur, quod ille, qui nos redemit, etiam pro nobis satisfecerit. (2.) etiam probari, poterit hæc satisfactione ex v. 1. ubi Christus se vocat *Magistrum ad salvandum*, ex quo supra nomen ipsius JESUS, deduximus. Quod iterum officium hoc satisfactionis ac redemtorum probat. Denique (3.) quoque probari poterit ex illâ de ratione sorali hostium, v. 6. *Quicunque omnes nostros hostes loco nostri devicit, nosq; ab iis liberavit, ille revera nos redemit ac pro nobis satisfecit.* Atqui Christus &c. E. idque plenarie, ut totus textus satis indicat, dicitur enim *summo cum Zelo torcular calcasse & hostes devictissimis v. 3. & 6.*

§. 3. Notanda hæc sunt (1.) *Contra Petrum Abelardum*, qui statuebat, non alio fine apparuisse Christum in carne aut mortem subiisse, quam ad instructionem nostri per verbum & testificationem Charitatis suæ per mortem, satisfactione autem aliquan non opus fuisse. Vid. Bernhard. Ep. 190. Centur. Magdeb. cent. 12. c. 5. Contra quem vid. B. nostrum DN. D. AUG. (revera augustum) VAREN. in Dispp. de Satisfact. Chrif. Breviar. Theolog. annex. §. 3. sqq. p. m. 4. sqq. Magnif. Maximeque Rev. DN. D. JO. NICOL. QVISTORP. Praeceptorum nostrum ac Patronum non sine insigni Nominis veneratione à nobis nominandum in eruditissimâ Disp. sua inaug. de Sanctiss. & omni temp. sufficientiss. Chr. satisfact. §. 29. sq (2.) *Contra Socianos*, qui satisfactionem dogma aliquod falsum vocant. Contra quos vid. B. Grauer. dissertationes de Novo, ac borendo

borendo errore circa doctrin. de satisf. Cbr. & B. Scherzer. in Colleg.
Anti-Soc. Disp. 53. p. m. 474. sqq. B. Calov. in Socinism Profl. artic. 2. tit. 3.
tot. & Spanbem. in El. Contr. p. m. 197. Qui tamen ipse non optime pri-
us de Satisfactione Chr. sensit, dum in Disp. quādam Chr. meritum non
nisi per acceptilationem Patris nobis prodesse afferuit, voce à fratribus
Calvinianis statim quidem oppugnata, ad meliorem explicationem Vi-
rū ad gentibꝫ; sed ipsa re in scholis Calvinianorum non insolente, vid.
Calvin. l. 2. Inf. c. 17. §. 1. & Chamier. Tom. 3 Panstrat. l. 9. c. 1. § 7. qui me-
ritum Christi absolute sufficere negant; sed ex gratiosa ordinatione,
& pacto DEI & ex superabundanti Christum satisfecisse. Vid. & Mares.
in System. 10. §. 37. adversus quem conf. Witteb. in Theol. Pacif. c. 20. n.
327. p. m. 285. sq. (3.) Contra Arminianos, ut Curcell. l. 5. Inf. c. 19. n. 15.
p. 300. qui negat satisfecisse Chr. patiendo omnes paenas quas peccatis no-
stris merueramus. Sic & Phil. à Limborch. Theol. Christ. l. 3. c. 21. n. 6. p.
269. satisfactionem quidem quandam concedit, non tamen plenariam
esse contendit, dicens. *Satisfactione Christi dicitur, quā pro nobis paenas*
omnes huius peccatis nostris debitas, easqꝫ perferendo, & exhauriendo di-
rina iustitia satisfecit. Verum illa sententia nullum habet in Scriptu-
ra fundamentum. Contra quos vid. Franck. Exercit. Anti-Limborch.
Exerc. 5. c. 1. p. m. 255. sqq. Vid. & de his Spanbem. l. c. p. m. 194. sq. (4.)
Contra Quackeros, eorumque asseclas, qui Christum nec sacerdotem,
nec Redemptorem credunt, nec venerantur, si vel maxime id præ se ferant.
Sic Will. Penn. P. 1. Christian. Quack. c. 26. & 27. & in Quakerismo novo
scismatico c. 17. p. 153. item Whitehead. in Christ. Quacker. Part. 2. §. 126. sq.
docent, quod mors, & passio Christi nobis quidem profit, tanquam emi-
nens aliquod amoris erganos, ac remissionis peccatorum signum, nec
non propositum imitationi exemplum. ut per eū intuitum ducamur ad
agnoscendum Christum; Sed proprie illam satisfactionem pro pecca-
tis, & causam Justificationis meritioriam esse, aut Christum venisse nos
salvatum ab ira, plane negant. Crassior ille est apud Figken Hist. Fan. p. 267.
dicens: *Wer durch den hostet seelig zu werden/ der zu Jerusalem gestorben*
ist/ der wird betrogen. Et Naylor. c. Higgenfon p. 8. 22. Christus bat uns
nicht erkaufft mit dem Löhe Geld seines Blutes/das am Kreuz zu Jerus.
verlossen ist. Sic & Antoinette Bourignon im Lichte in Finsternis L. 3. p. 71.
sqq. docet Christus habe nicht für uns genug gethan/ sondern durch sein

Lelbent nichts mehr erworben als die Gnade dem Evangelischen Gesch
ein Gnügen zu leisten. Quicquid autem forte de fide in sanguinem &
mortem Christi loquuntar, vel de notitia & nuda relatione, vel de ho-
minis interni officio, qui mortuus peccato Deo satisfacere debeat, acci-
piendum est. Conf. Magnif. Dn. D. Jo. Georg. Neumann. Synops. Error.
Panaricor. Disp. 5. thes. 5. Differre a Socinianis, quod bi Christo non nisi
externum illud morale beneficium acceptum ferant. Illi vero & inter-
num & maxime efficax in animis hominum, ad quod illud externum
quædam pædagogia sit, observat judicissimus ille quondam Academi-
nostr. Theol. non sine lacrymis à me citandus B. D. N. D. SCHOMER. in
Colleg. Noviss. Controv. MS. c. II. §. 9. vid. & Author Histoire abrégée de
la Naissance & du progrez du Romakerisme c. 6. p. m. 22. sqq. Conf. & de
verissima hæc satis fact. contra Adversarios hos B. DN. D. SCHOMER,
in Disp. de Passione Cbr. §. 12.

Poristna III. *Christus noster est Mediator secundum ut-
ramque Naturam.*

§. 1. Prob. id ex textu nostro (1.) ex effectu toti Personæ attributo. Sic enim expresse Christus dicit v. 1. *Ego sum, qui Magister sum ad sal-
vandum. Ego, qui nempe Homo & Deus sum in una Personâ. Vel ad-
huc clarius prob. (2.) ex utriusq. Nature operationibus Mediatoris in
hoc textu nostro assertis. Sic enim ut nos redimeret, torcular calcavit,
cum Hostibus pugnavit. Quod sine labore, Passione ac dolore fieri non
potuit. En ibi operationem *Humanæ Nature!* Deinde etiam ita nos rede-
mit, ut *Hostes nostros spirituales plenarie ac tot aliter devicerit*, ut iterum
textus noster indicat. Quod sola iumana Natura præfare non poterat, sed
divinæ aliquam requirebat virtutem. En ibi concursum *Divinae Nature.**

§. 2. Secus docuerunt olim (1) Osiander, qui Christum tantum
secundum divinam Naturam nostrum asserebat Mediatorem. (2.) Stan-
carus, qui contra, Christum tantum secundum Humanam Naturam Medi-
atorem nostrum esse docebat. (3.) Scholastici & Pontifici, ut Lombardus
Bellarm. aliiq., qui itidem Christum tantum secundum H. N. Mediatorem
asserunt. (4) Contra Calvinianos, illos qui Nomina officia Christi secundum
utramq. Naturam competere negant. Contra quos omnes vid. Jo. Wi-
gand. de Stancarismo & Osiandero. Hutter. in Form. Conc. artic. 3 p. m.
273. B. Menzer. Tom. 3. Disp. Gieffens. Disp. 3 ib. 109 p. m. 98. B. Affelmann.
Synt.

Syntagm. Part. disp. 8. quā 4. p. m. 103. sqq. & part. 2. Disp. 5. n. 85 p. m. 164. sqq.
B. Dorsib. in Pentadec. Disp. 5. §. 38. p. m. 222. Magnif. nosti. QVISTOR P. l.c.
§. 19. sqq. B. L. Rbau in Papatu Conc. de nūdar. Sct. 2. c. 5. p. m. 80. & Systē. passim.

Porisma IV. Christus solus pro nobis satisfecit.

§. 1. Ita enim expresse Christus dicit v. 3. Ego tuncular calcavi
solus; nec quisquam inter gentes mecum est. & v. 5. Circumspexit; sed
non erat auxiliator. &c.

§. 2. Errant igitur pessime Pontificiū, cum B. Mariam Virginem
Christo in opere satisfactorio associant. Notum est illud Pontificiorum
acrostichon in nōmen MARIA, ut M. sit Mediatrix, A. Auxiliatrix, R.
Redemtrix, I. Illuminatrix, A. Advocatrix. Sic & Jac. Maribantim
Tom. 2. Hott. Pastor. in quadrig. Mariae August. tr. 1. Sct. 6. p. 99. scribit:
Sciimus, eam ubiq; eg; potenter, eg; benivolentem & in omnibus Media-
tricem & advocatam Clementissimam. Vid. plura istiusmodi in Tropbē
Marianis Jo. Eusebii Nierembergi passim, item in Theologiā Marianā
Christophori de Vega, quam Patres Lugduni A. 1653. ediderunt. Ex quo
absurdo multa alia absurdā postea fuere enata. Quorum luculentum
illud est, quod non ita pridem Maria quarta Deitatis persona fuerit asserta
à Burbiē Mediolaniū Medico in Italia magni habitu, quā de causa qui-
dem ad aeternos carceres fuit damnatus, ante biennium An. 95. oclauso
nariū mortuus. Vid. Burneti iter per Ital. Dogma tamen est, quod fa-
cile ex hoc communi Pontificiorum dogmate sequitur, & procul du-
bio in causa est, quare Mōhammed. in Alcomano suo Christianis impu-
tat, quod Mariam pro Dea habeant, Surat. 5. v. 116 p. m. 109. Quæ
verba Dn du Ryer. in Gallicā sūa versione p. m. 98. ita translavit: O Jés-
sus Fils de Marie, as-tu ordonné au peuple d'adorer toi & ta Mère,
comme deux Dieux? Jésus répondra, Loué soit ton nom, je me garderai de
dire ce qui n'est pas &c. Quæ verba quamvis quidem Marracius in
suo Prodrōmo de Collyridiano explicet, optime tamen ad ipsos etiam
Pontificios applicat Celeberr. DN. Langius in ep. de fabulis Mōhamm.
c. 2. §. 21. sqq. p. m. 44. sqq. Quæ ex loco nostro Isaiano singunt Pontificiū
in Mariāl. Rom. de voce W̄N per quam volunt excludi tantum Viros,
non item Mariam in Sup. Disp. Exeget. §. 16. discussimus. Quibus h. l.
ex ipsis Pontificiis Sanioribus addimus monitum illud, quod legimus in
Salutar. B. V. Maria ad Cultores suos in discretos, in quibus cultum suum
superstitiosum deprecatur ipsa Maria: Quæ monita sub auspicio Gan-
dari

davi Auctoris Pontificii edidit. D. Adam. Wielefeld. *J. Cetus Coloniens.* A. 1673.
 de quo vid. *Magnif. Dn. D. Jo. Fr. Mayeri Theol. Marian System. in Proem.*
p. m. 12. ubi Monitum 9. ita sonat: *Qui me Mediaticem vel advo^catam
 dicunt, non eo sensu dicant, quo Filiu meus propri^e est Mediator & Ad-
 vocatus. Ille N. T. mediator est. Ille propriis meritis Deum placavit,
 ille solum pacem fecit inter Deum & hominem.* Ille torcular calcavit
solum & de gentibus non erat quisquam cum eo. Nemo irrag^t mibi hac
tribuat. Ego enim non placi Altitissimo nisi in Christo, & per Christum
Salvatorem & Redemptorem meum. Num quid ego crucifix^s sum pro
vobis, aut in nomine meo baptizati es sis? Vid. *Contra hanc idolatriam*
inter alios elegans Scriptum B. nostri Siricii Ostens. fundam. Abom. Pap.
Apolog. prior. c. 98. p. m. 239. sqq. & c. 99. p. 231. sqq. it. c. 100. p. 236. &
B. Walther. in Disp. de Satisfact. Christ. certitud. c. 2. §. 3.

Porisma V. *Christus nec sibi, nec Angelis quid meruit, sed
 nobis hominibus, pro quibus omnibus satisfecit.*

§. 1. Exhibit hoc Porisma objectum Redemptionis Christi personale,
 tum negativè, tum positivè. Negative, dum dicimus quodnam objectum
 non si, nempe non est Christus; nisi cum Patribus quibusdam ad modum
 abusivè vocabulum sumas. Nec Angeli, quia de utrisque silet
 Scriptura Sacra, nec in textu nostro memorantur, ubi tamen de redem-
 tione agitur. Positive dum genuinum objectum determinatus, quod est
 genus humanum. Sic enim v. 4. dicit Christus: *Annus, quo redimerem
 MEOS venit. Per quos soli intelliguntur homines, isque omnes, totum
 enim hic intelligitur Genus humanum, pro quo satisfecit.*

§. 2. Notanda hac sunt (1) adversus Scholasticos quosdam &
Pontificios P. Lombard. l. 3. d. 18. & Thom. de Aquin. Part. 3. qv. 9. art. 3.
& 4. Bellarmin. l. 3. Controv. de Incarn. c. 8. §. 1. & l. 5. de Mediat. Cbr.
*c. 9. & 10. L. de indulg. c. 4. Cornel. à Lap. in c. 2. Philipp. ubi statuunt Christum
 sibi aliquid meruisse. (2.) Contra Octon. Brunfei in Pandect. Evang.
 ubi dicit, quod Christi crux non solum Hominibus, verum etiam Angelis profuerit. Plures vid. ap. Gisbert. Voet. in Disp. Sol. Part. 2. Disp.
 3. probl. 5. p. 264. Contra quos vid. B. Jo. Meissner. in Disp. de Merito Iesu
*Cbr. scđ. 1. thes. 1. & 2. & B. Affelmann. Syntagm. Part. 1. Disp. 20. theo-
 rem. 15. p. m. 566. sq. (3.) Contra Calvinianos, qui (α) docent, Christum
 sibi quid meruisse, ut Gisbert. Voet. l. c. probl. 33. & ex Cartesianis Christi
 obiectum dubitare, scđ. 1. alij in sepius modo sloph.**

Steph. Wittich, qui idem statuit cum Voet. Gomaro, Cloppenburg. Cocejs
vid. Ejusd. Theol. Pacif. c. 20. n. 325. p. m. 284. sq. & in Append. p. m. 154.
item Exercit. Theolog. Exerc. 2. de Christo Humili & alio n. 65. p. m.
231. Contra quos vid. Autores citatos, quibus adde B. Calov. in System.
T. 4. Synt. Theolog. p. 73. aliosque (3) etiam volunt, Christum non omnes
redemisse. vid. ex recentioribus Spanbem. in Elench. Controv. p. m. 364.
sq. Jo. Braun. in doctrin. Fæderum, seu System. Theol. Did. passim. Jac. Rhen-
ferdius incomparat. expiat. anniversar. Pont. Max. V. T. cum expiat. J. C.
non ita pridem cum Sheringb. Tom. edit. n. 28. p. m. 122. aliosq; Corceanos,
Contra quos vid. prolike B. Jo. Meisn. l. c. selt 2. tot. Affirm. l. c. theorem. 13.
p. 563. sq. & Systemata passim. (4.) Contra Socinianos, qui tamen statuant,
Christum sibi quid meruisse; Contra quos vid. B. Calov. in Socinismo
profug. artic. 2. de Offic. Chr. tit. 2. controv. 5. p. m. 365. B. Scherzer.
in Colleg. Anni Soc. Disp. 65. p. m. 584. (5.) Contra Jansen. qui Tom. 3.
Augustini sui l. 3. c. 21. scribit: Semipelagianum esse, Christianum pro omnibus
hominiis esse mortuum. (6.) Contra Weigelianos, qui docent, Christus
neminem redemisse, nisi Ecclesiam suam Santam &c.

Porisma VI. Christus redemit nos Obedientia sua, tam activa, quam passiva.

§. 1. Est hæc Obedientia Christi λύτρον illud, quo redempti sumus. Distinguunt illam Theologi communiter in *pœnalem* & *non pœnalem*, seu *passivam* & *activam*. Hec est, quæ perlegitissime Christus pro nobis implevit legem. Illa, quæ sufficientissime pœnas illas, quas nos æternum luere debebamus, perpeccus est. Et quemadmodum hæc in *pariendo*, sic illa in *agendo* consistebat. Sunt equidem Theologi quidam, qui definitionem hanc non adeo exquisitam esse volunt, sed *popularem*, nec *exclusive*, sed *xar̄t̄ εξοχὴν* accipientiam: quia in mediis passionibus, etiam ipsa morte mirific elucet Christi *actio* & *victus*, ut Bernhardus vocavit actionem *passivam* & *passionem activam*. vid. B. Balb., Menzer, Tom. 1. Disp. Giessens. Disp. 3. ib. 127. p. m. 103. & Tom. 3. Disp. 15. th 27. 28. 29. p. m. 441. sq. Nihilominus tamen antiqua illa distincio retineri poterit, modo recte explicetur. Non enim distinctio hæc debet esse *exclusiva*; sed *subordinata*, & absurdum nihil continebit. Obedientia quidem una, objecta tamen sunt diversa.

§. 2. Utrumque ex textu nostro probari poterit. (1.) Obe-
dientia

entia illa *activa*, qua legem pro nobis implevit, probatur ex eo, quis dicitur Magister ad Salvandum, ex quo omnino sequitur ipsum etiam Magistrum Legis fuisse, ut eandem impleret. Quia hic actus requirebatur, si alias salvari possemus. (II.) Quod etiam passivam suam obedientiam nos redemerit, prob. ex eo, qui docetur torcular calcasse v. 1, obstupuisse v. 5. Quod certe sine passionibus, dolore, ac sanguine fieri non potuit. Omnino ergo sanguinem suum, quo nos redimeret, effundere debuit, cumque non membrorum tantum; sed & anime, quemadmodum non inconcurre distingunt Hebrei, & cum iisdem Henric. Atingius Heptad. 2. Dissert. II. §. 48. sqq. & Jac. Rhenferdii l. c. n. 29. sqq. p. m. 127. sqq.

§. 3. Notanda haec sunt (1.) Contra Jo. Piscatorem quondam Prof. Schola Nassovice Herborn. qui exclusam Christi obedientiam, solam mortem esse salutis nostrae causam meritoriam docuit. Quamvis Jo. Vlak. in Triade different. de Dei operum & Pacis feder. atq. Justificat. Dissert. 3. scđt. 3. c. 6. observet, Piscatorem Justitiam Christi activam non exclusisse, ac proinde miretur à Synodo Gallicâ Vapensi hanc questionem motam fuisse, cum verba Confessionis Gallicana eadem doceant & Chamier Synodi ejusdem Preses non dissimilia tradat. Vide tamen de Piscatore B. Affelmann in Syntagm. Part. I. Disp. 20. theorem. 14. p. m. 508. & B. Jo. Olear. in Cont. Carpz. Isagog. ad Libb. Symb. in F. G. scđt. 2. art. 3. p. m. 1304. Eandem cum Piscatore ibidem in flatunt Kargius, Parsimonius, Tilenus, Goelenius, alii que Calviniani quidam. Ex quibus Kargius revocare dicitur vid. Affelmann. l. c. Conf. contra hos prater ipsos Calvinianos ipsum nempe Calvinium Bezan, Wittacker, Foxium, aliorum citatos ab Affelmann. l. c. ex nostris ipsum Affelmann. l. c. item in Disp. 19. de Justif. p. m. 537. B. Dan. Lagum. in Dia- steps. de Justificat. causam pro Gerb. contr. Wendel. ad Exerc. 124. post. 1. 2. 3. & 4. p. m. 114. sqq. B. Barbolem. Battum de Justificat. l. c. cit. p. m. 145. sqq. B. Gerbardi. Tom. 3. Locorum de Justif. §. 60. sqq. Eckhard. in libello Piscatori opposito. Hunn. T. 1. Opp. col. 559. Tom. 2. Disp. Gieffens. disp. 10. th. 54. sqq. p. m. 342. B. Hutter. in form. Conc. p. 263. sqq. B. Scherz. in System. loc. 8. §. 19. p. m. 208. B. Jo. Meissn. in Exam. Catechism. Palat. 34. n. 10. p. m. 396. sqq. Magnis. QVISTORP. nostr. in Disp. insug. cit. §. 22. (2.) Contra Henr. Hammond. qui l. l. Catech. praecl. c. 12. distinguuit inter obedientiam & obedientiam ad passionem subeundam. Hanc Christum pro nobis prestitisse, ait, illam pro seipso. (3.) Notat hic B. Affelmann. in Syntagm. Part. I. disp. 20. theor. cit. Lubberum in catal. error. p. 357. qui

qui ipsi minus candidus videtur, dicens quidem *affivam Christi obedientiam non separandam esse à passiva, interim tamen negans, totam Christi humilitationem esse autem istius solutionem, sed solam mortem esse redemptoris nostræ pretium.*

Porisma VII. Christus noster Rex est.

S. 1. *Eft Christus Rex in triplici regno, Potentie, nimirum, Gne-
tia, & Gloria. Regnum Gratia & Potentie subordinantur sibi quodam-
modo & quidem ratione objectorum, ut pars & totum, ratione forme,
ut species & genus. Nam objecta regni Gratiae, regno etiam potentiae
sublunt, perinde ut reliqua omnia. Quamvis non contra omnia poten-
tiae objecta etiam gratiae regno subsint, & administratio Regni Gratiae
pariter & potentiae divinae effectus est, nisi quod specialeiore ratione Chri-
stus Ecclesiam suam, quam reliquorum omnium curauit habeat. Sic etiam
Regnum glorie quasi continuatio quedam Regni Gratiae est, quamvis
alio, eoque illustriori modo pariterque ut Regno potentiae subordina-
ta considerari poterit. Differentia tamen quedam est inter Objecta re-
gni Gratiae & Glorie. Illa excidere possunt Gratiam, non item hæc. Elle au-
tem Christum istiusmodi Regem haud obscure colligitur etiam ex tex-
tu nostro, & quidem potissimum in Regno Potentiae, & Gratiae. Sic eni-
mentio fit devotionis hostium suorum plenaria v. 3. & 6. idemq; est quod
Ps. CX. 1. dicitur, quod dominaturus sit in medio hostium suorum. Quæ
dominatio refertur à Theologis inter aliua officia regis in Regno Gra-
tiae. Hostes vero ipsi spectant ad Regnum Potentiae. Deinde etiam
meminit Christus suorum, quos redemerit v. 4. hi ergo obligati sunt e-
undem ut Liberatorem, Redemptorem, imo ut Regem suum colere in Re-
gno Gratiae.*

S. 2. *Observanda hæc sunt (1.) Contra Hobbesium, qui Levi ab. c. 41.
p. m. 228. sq. docet, Christum non incepturnum esse ante Resurrectionem, & diem
judicii Regnum suum, quo usq; interim currat tempus regenerationis. Quo
ipso tollitur Regnum Gratiae potissimum, ut & potentie in hoc mundo
administratum. (2.) Contra Dn. D. Petersenium ejusq; assertas, qui Chri-
stum etiam Regem faciunt in Regno Chiliasmico, adeoque quadruplex
Christi Regnum foret, de quo tamen Scriptura certi quid nihil revclavit.*

CAP. IV.

DE

STATIBUS CHRISTI.

Porisma I. *Christus revera Exinanitus fuit.*

§. 1.

Probant id Gradus illi Exinanitionis, qui in textu nostro occur-
sunt, quales sunt: *Passio*, *derelictio*, *sensus dolorum infernatum*,
de quibus mox plura. Quæ omnia autem Christus non secundum
divinam; sed secundum *Humanam Naturam sustinuit*, utpote
quæ sola deteriorationis capax est.

§. 3. Quæ notanda (1.) Contra illos, qui Exinanitionem hanc ne-
gant, modo *absolute & simpliciter*, quales sunt, qui Christum audum ho-
minem fuisse dicunt, quos supra recensuimus, modo *certo respectu*, qui
vel unionem Personalem tollunt, ut *Anabaptistæ*; vel realem idiom. div.
communicationem impugnant, ut *Calviniani &c.* Contra quos vid. B.
meum Parentem DN. ZACH. GRAPIUM in *Doctrin. General. de Sta-
tu Chr. Exinan. sec. post. membr. 1. §. 1. p. m. 53. aliosq; Theologos passim.*
(2.) Contra illos, qui dicunt, quod Christus secundum *utramq; Naturam*
sit exinanitus, ut *Calviniani*, vid. inter alios Gisb. Voët. *Disp. Sel. Part. 2.*
*Disp. de Pers. Chr. part. 3. & recentissime Christoph. Wittichium in Exer-
citat. Theol. Exerc. 2. de Christo humili & alio n. 6. & 7. p. m. 196 sq. & no.
86. p. m. 244.* Contra quos vid. B. meus Parens l. c. membr. 4. §. 3. 4 p. 107.
sq. & Systemata polemica alia.

Porisma II. *Christus vere passus est.*

§. 1. Aperte id prob. ex textu nostro, quando v. 3. dicitar *coro-
nari. calcasse ac cum hostibus pugnasse*, quod certe sine *passione veræ*
ac *reali*, eaque *acerbissimâ fieri* non potuit.

§. 2. Negant passionem hanc (1.) *Mohammedani*, qui simo-
num *Cyreneum* pro Christo passum esse delirant. Contra quos vid.
*Henr. Nicolai in Passional. ibid. 2. & Ludov. Maracci in Prodrom. ad
Refutat. Alcor. Part. 3. c. 19. & 20. Conf. & Alex. Morum in diatrib. ad Es.
33. (2.) Idem & olim docuit *Baptistes* vid. *Iren. l. 1. c. Har. c. 23.* Et Cele-
berrimi*

berimi DN. L. ITTIG. *Dissert. de Heresiarch. sect. 2. c. 2. n. 6. p. m. 105.* (3.)
 Quackari itidem sinistre de Passione hæc sentiunt. Quorum sententiam
 exhibet *Auctor Histoire du Kovakerisme chapitr. 6. p. m. 22.* ubi ita: il y
 en a eu qui ont impudemment soutenu dans des Conférences publiques,
 & même dans des livres qu' il n' a pu mourir ni être crucifié, ni par
 conséquent aussi ressusciter des morts & que toute l' histoire de la Crucifi-
 xion, de la Mort, de la sépulture, & de la Résurrection de J. C. n' est qu'
 un embleme de ce, qui se doit faire en nous Spirituellement &c. Conf.
 & DN. D. Jo. Georg. Neumann. *Synops. error. Fanat. disp. 5. tb. 5. & 6.*

Porilma III. Sensit Christus dolores infernales.

§. 1. Refertur hic sensus dolorum infernalium ad consequens
Derelictionis, quæ eminet inter ea, quæ passus est Christus pro genere
 Humano. Probantur hi dolores infernales ex textu nostro ex eo, quando v. 5. op̄stupisse dicitur. Sic enim Ebr. 10. idem esse ac adnuovēv,
 Λυπην & ἐνθαυδανοῖς notat B. Dorsch, in *Theol. Zach. part. 1. Dissert.*
 10. §. 273. p. m. 247. per quæ verba dolori hi infernales describuntur. vid.
 Eundem Dorsch, l. c. ut & in *disp. 8. §. 124. sqq. p. m. 190. sqq.*

§. 2. Negant dolores infernales (1.) Calviniani, vid. *Christ. Wit-*
tib. l. c. n. 41. p. m. 214. sqq. Alii tamen contrarium statuunt ut Arnold.
 in *Relig. Soc. p. m. 501. sq.* Alii contra ex iisdem Christum plane despe-
 rasse docent, ut Calvin. l. 2. instit. c. 16. §. 12. & Marloratus in *Mattib.*
 (2.) Sociniani vid. *Socin. Part. 1. de Servat. Cbr. c. 4.* aliique. Contra quos
 vid. B. Soberz, in *Colleg. Antifoc. disp. 55. p. m. 493.* (3.) Arminiani, ut *Cer-*
cellaeus l. 5. institut. c. 9. §. 4. Contra quem vid B. Galov. in *Disp. de Per-*
son. ac offic. Cbr. §. 17.

Porilma IV. Revera Christus exaltatus est.

§. 1. Probatur id ex textu nostro, ex gradibus nonnullis status Ex-
 altationis, descensia nimirum ad inferos, & resurrectione ac ascensione.
 Quodque iterum factum est secundum Humanam Naturam.

§. 2. Notanda hæc sunt (1.) *Contra Deitatis Christi hostes*, ut Gen-
 tiles, Judeos &c. qui simul etiam hunc statum negant. (2.) *Contra Cat-*
vinianos, qui Christum etiam secundum D.N. exaltatum esse docent. vid.
 Voët. *disp. Sel. part. 2. disp. de Person. Cbr. Med. part. 3. p. 335. Mares. in*
System. Tb. Log. 9. tb. 60. Theologos Leidenses in Synops. purior. Tb. Disp.

28. ib. 28. Christoph. Wittich. in Exercit. cit. l. c. n. 186. p. m. 244. aliosque
Contra quos vid. B. meum Parentem in Disp. de Exaltat. Christi disp. 1.
Sect. post membr. 3. §. 1. sqq. & Systemata passim.

Porisma V. Descendit Christus ad inferos.

§. 1. Sic enim dicitur Salvator ex Edom & Bozra venire. Quod Hieronymum etiam de inferno explicare in Exegeſi vidimus. Quod ſco-
po pericopæ & Analogie fidei non repugnat. Qui autem ex inferno
cum pompa & victoria venit, illum descendere oportet. Atqui Chri-
ſius &c. E.


§. 2. Notanda ſunt (1.) Contra Iudeos. Contra quos vid. Ray-
mund. in Pug. fid. Part. 3. dif. 3. c. 17. tot. (2.) Calvinianos quosdam, ut
Jo. Scalig. in Notis ad N. T. & quidem 1. Cor. 15. v. 29. Parker. l. 4. de de-
ſcenſi. ad inf. Christoph. Wittich. l. c. p. 41. sqq. p. m. 214. sqq. Contra
quos vid. B. Jo. Meißner. in pecul. tr. de deſcenſi. ad inf. B. Affelmann. in
Syntagm. Part. 1. diſp. 12. tot. p. m. 363. sqq. B. meum Parentem de Exalt.
Chr. diſp. 2 ſect. prior. Membr. I. artic. prior. &c.

Porisma IV. Christus resurrexit, & ascendit ad Cœlos.

§. 2. Talem enim miratur Ecclesia in texu nostro, ut Victorem
nimirum, qualem ſe in Resurrectione & Ascensione exhibuit. Quemad-
modum in Exegeſi noſtrâ explicavimus.

§. 2. Notanda hæc ſunt contra Iudeos in primis, reliquosque
Christi hostes, Contra quos vid. B. meum Parentem de Exaltat. Chr.
diſput. 1. & 3. & Systemata passim. Ceterum hæc vice ſubſtituimus,
quaque recte ſcripta ſunt, in honorem Salvatoris noſtri ſcripta
ſunto, quaque minus recte, ne quidem ſcri-
pta voluimus.

כִּירַן יְהוָה לְעוֹלָם אָמֵן וְאָמֵן



Prima Tibi CHRISTVS dum cura est, Optime REUSSI;
Principium studii, finis itemque Tui;
Jure pium Te dico & terque quaterque beatum:
Nam simul & finem principiumq; tenes.
Hunc calamo lauda, profundo hunc pectore conde,
Atque hic una Tibi causa salutis erit.

Florentissimo, Doctissimoque Dn. Resp. Beati pi-
entissimique Parentis vestigiis insistenti, divi-
nam ad honestissimos conatus benedictionem
adprecatur l. m. g.

JO. FECHT, D. h. t. Acad. Rector.

Ad

Eximium, studio & candore prestantem Dn. REUSSUM.

DE Servo Domini CHRISTO; qui Victor ab Edom,
Disseris, & versus elogiumne petis.
Blandus adulator non sum, qui singula summis
Evehit elogiis; candidus ore loquor,
Ajoque Te Versum † Servumque. Quid hocce? rogabis:
Qui fuerit versus, Servus is esse potest,
Amundo veritas citò Te, servire supremo
Si cupis: ad studium Te quoque verte sacrum.
Posterior probat hoc specimen, quod laudo; priusque
Expecto: Quid enim mundus hic? anne malus?
Quid Deus? est bonitas. Ergo, qui servit eidem,
Desinit esse malus, discipit esse pius.
† Reussius: Anagg. 1. Si versus. 2. Is Servus.

H.

Decipitur mundus, * quia vult: Et opinio mundum
Hunc regit. Apparet plurima, vera minùs.
Prædicat hic magnum, solidum summumque, quod ille
Apparet, non est; creditur esse tamen,

Cum

Cum sic laudetur; quia laudans optat amatque
Assentatores, ac ita decipiunt.
Tu, caveas Reussi, ne decipiare, nec ullum
Decipe: *Sis † verus veraque semper ames.*
Huc Tua, quam grator, jam Dissertatio tendit:
Hoc Studiosus ades *verus*, idemque probas,
Exemplique doces alios, ut *vera* sequantur,
Ut Studiosorum nomina *remque* gerant.
Quid voveam? Te *verus* homo *verusque* Sacerdos,
Quem colis, in *vero* firmet & usque beet!
† Juxta illud: *Mundus vult decipi, it. Opinione regitur Mundus.*
† *Reussius: Anagr. Sis verus.*

L M **A. D. HABICHHORST, D.**
FCTis Theol. Senior.


Pro CHRISTO pugnas adversus tela malorum.
Hoc DUCE Tu certes, quo DUCE Victor eris;
Hoc DUCE continues doctissima Bella JEHOVÆ;
Illius & Belli Dux reverendus eris.

In honorem Doctiss. DN. Respond. f.
JO. NICOL. QVISTORPIUS, D.

Qveis Te nostra canat numeris mi Reusse Thalia?
Qui morum cunctis Te probitate probas,
Et quæ sint rare conamiha sedulitatis
Prodis & ingenii das documenta tui:
Gratulor, hoc superest coepitis jam pectore toto
Deus ingenii munera larga tibi
Ita prolixiori affectu quam metro, ad Prastantiss.
& Doctiss. Dn. Resp. amicum suum astutissi-
mum iuⁿPhiⁿipⁿay scr.

M. JOHAN. HÖVET.

(9)



99 A 6932

U317

III. 85.



8

DISSESSATIO THEOLOGICA
CHRISTOLOGIAM
JSAIANAM TORCU-
LARIAM

EX JSA. LXIII, I.--6. PORISMATICE EDUCTAM SISTENS

QVAM
BENEVOLO MAGNIFICI THEOLOGORUM ORDINIS CONSENSU
IN ILLUSTRI ACADEMIA ROSTOCHIENSI

MODERATORBE
RECTORE ACADEMÆ MAGNIFICO
VIRO MAXIME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO,
AC AMPLISSIMO,

DN. JOANNE FECHTIO,

S. S. THEOL. DOCT. EJUSDEMOVE PROF. PUBL. ORD.
LONGE CELEBERRIMO, CONSISTOR. DUCAL. MEKELBURG.
ASSESSORE GRAVISSIMO, ET DISTRICTUS ROSTOCH.

SUPERINTENDENTE VIGILANTISSIMO,

PRAECEPTORE, PATRONO, PROMOTORE, AC IN CHRISTO
PATRE SUO OMNI FILIALI CULTU QVAM SUB-
MISSISSIME DEVENERANDO,

ET PRÆSIDE

M. ZACHARIA GRARIO,
ROSTOCHIENSI, SS. THEOL. BACCALAUREO.

RESPONDENS

JO. JOACH. REUSS,

SEEHAUS. PALÆO-MARCH.

AD D. OCTOBR. A. O. R. IN AUDIT. THEOL. MAJ. HORIS CONSV.
PUBLICE DEFENDET.

ROSTOCHII, NUNC RECUSA, 1719.

